Solutiones sale saturatas priores ab ulterioribus dilutioribus separa.

In solutionibus dilutioribus conquassando solve

Ammonii sulfurici sicci *P.* 25,

deinde eas cum solutionibus saturatis confunde et per aliquod horas loco frigido sepone. Liquor a Kalio sulfurico orto filtratione separatus in balneo vaporis temperaturae 75° Cels. therm. non excedentis ad volumen dimidium remanens evaporetur et loco frigido seponatur. Iterum Kalio sulfurico demisso separato, fluidum in balneo vaporis ejusdem temperaturae ad siccum evaporetur. Residuo contrito, in cucurbitam vitream ingesto, affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 60—70

circiter, et ad lenem ebullitionem calefac. Solutionem fervidam, per linteum colatam, Spiritus Vini magna parte elicita destillando e retorta vitrea, ad crystallisationem loco frigido sepone. Crystalla decoloria demissa collige, inter strages chartae bibulae premendo sicca et in lagenula obturata asserva. Effic. circiter *P.* 18. Sint crystalla prismatica acicularia, saporis refrigerantis, amariusculi, odoris expertia. *Dosis:* 0,5—1,0—2,0 (affectiones hydropicae).

## Urea nitrica.

Ureum nitricum.

Rp. Acidi nitrici (p. spec. 1,18—1,20) *P.* 10.

Hoc acidum, antea in vas porcellaneum apertum ingestum, usque ad ebulliendum calefac, ut a gasis fortasse adhaerentibus nitrosis plane liberum fiat. Acido tum affunde inter agitandum

Ureae purae *P.* 3, in

Aquae dest. fervidae *P.* 3

solutas. Tum loco frigido per 24 horas sepone. Massa orta crystallina colando separata, e liquore colato evaporando et refrigerando crystallula elice.

Crystallula omnia collecta in Aquae destillatae ferventis duplo solvantur et iterata crystallisatione depurentur. Lenissimo calore siccata asserventur. Efficiuntur circiter *P.* 6. Sint crystallula lamellaria sive acicularia alba acida.

## Urethanum.

Aethyl-Urethan. Aethylo-aether carbaminicus. $CO \cdot NH_2 \cdot O \cdot C_2H_5$.

Rp. Ureae nitricae tritae

Spiritus V. absoluti aa *P.*

Ingere in tubum vitreum, quod conflando claudatur. Tum tubum in balneum Calcii chlorati impone et per horas tres vel quatuor ad 120—130° C. calefac. Massam refrigeratam in Aqua destillata solve et affuso

Aethere aethylico

bis terve exquassa. Liquores aethereos decanthatos destillando ab aethere quam maxime libera, tum massam residuam solvendo in aquae copia parva filtrando seponendoque in crystalla transduc, quae operatio, si opus fuerit, repetatur. Sint crystalla columnaria decoloria, saporis refrigerantis, calore 50° liquescentia, calore 175° C. sublimatum praebentia, facile solubilia in aqua, spiritu, aethere, chloroformio.

*Dosis:* 2,0—4,0 in aqua et syrupo soluta vel semihorio 1,0 bis quaterve. (Hypnoticum, agrypnia nervosa, cardiopathia).

## Vanilla pulverata.

Rp. Pulpae e Siliquis Vanillae exemtae *P.* 1

Sacchari Lactis *P.* 4.

Terendo in mortario porcellaneo commisceantur.

## Vanilla saccharata.

Pulvis Vanillae cum Saccharo.

*Sucre de la Vanille.*

Rp. Vanillae *P.* 1.

Minutim concisa cum

Sacchari *P.* 9

conteratur, donec pulvis aequabilis effectus fuerit, qui per cribrum trajectus in vase clauso servetur. *Ph. Gall.*

## Vanillina.

$C_8H_8O_3 \sim C^{16}H^8O^6 = 152$.

Vanillina, quae saepius siliquis Vanillae adhaeret, modo mechanico colligenda est. Vanillina, quam siliqua continet, Aethere extrahatur et, aethere destillando separato, solvendo in aqua, filtrando etc. in crystallula transducatur (Nervinum, stimulans). *Dosis:* 0,1—0,15—0,2 ter quaterve per diem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0856-3 DFG

Vanillina facticia.

Rp. Coniferinae crystall. *P.* 10.
Solve in
Aquae dest. ad 80—90° C. calefactae
quantitate sufficiente (*P.* 100—150). Hanc solutionem calidam radio praetenui infunde in liquorem ad 60—70° C. calefactum, solvendo paratum e
Kali bichromici *P.* 10
Acidi sulfurici conc. *P.* 15
Aquae destill. *P.* 80.

Vase clauso et cum tubo refrigeratorio recursorio munito, per horas tres calefac, ut liquor leniter ferveat. Deinde liquor calidus filtretur, tum aethere affuso bis terve exquassetur. A liquore aethereo decanthato destillando aether separetur, tum massa residua solvendo in aqua calida, filtrando seponendoque in crystalla transducatur, quae operatio repetatur, donec crystalla satis decoloria colligantur. Crystalla in aqua calida, spiritu et aethere facile solubilia.

## Vanillina saccharata.

Saccharum vanillinatum.

Rp. Vanillinae crystallisatae 2,0.
Soluta in Spiritus vini absoluti copia minima conterendo misce cum
Sacchari albi pulv. 98,0.

Post horam dimidiam pulverem in vas vitreum ingere et, vase clauso, loco a luce remoto serva. Compensans Vanillam saccharatam (*Ph. Gall.*).

## Vapor Acidi hydrocyanici.

*Inhalation of hydrocyanic acid.*

Rp. Acidi hydrocyanici diluti 0,6—1,0
Aquae frigidae 4,0.

In apparatum ad inhalationes aptum ingere. *Ph. Brit.*

## Vapor Chlori.

*Chlor-Inhalation.*

Rp. Calcariae chlorinatae 60,0
Aquae frigidae q. s.

Commixtae in apparatum ad inhalationes aptum ingere *Ph. Brit.*

## Vapor Coniini.

Inhalatio coniinata. Vapor Coninae.

Rp. Succi Conii maculati 15,0
Liquoris Kali carbonici 4,0
Aquae destill. 30,0.

Misce. Hujus miscelae 1,25 spongiae insperge, quam in apparatum ad inhalationes aptum eo modo ingere, ut vapores aquae fervidae per spongiam pervolent. *Ph. Brit.*

## Vapor Jodi.

Inhalatio jodosa s. Jodinae.

Rp. Tincturae Jodi 3,3
Aquae 30,0.

Mixta in apparatum inhalatorium ingere. Calore modico inhalatio peragatur. *Ph. Brit.*

## Vapor Kreosoti.

Inhalatio creosotica s. Creosoti.

Rp. Kreosoti 0,8
Aquae fervidae 250,0.

Mixta in apparatum ad inhalationem aptum ingere, ut aër per hunc liquorem percursare potest. *Ph. Brit.*

## Vapor Olei Pini sylvestris.

*Fichtenöl-Inhalation.*

Rp. Olei Pini sylvestris 2,5
Magnesiae subcarbonicae levis 1,25
Aquae q. s.

Oleum cum Magnesia conterendo mixtum, adde aquae q. s., ut miscela ponderis 30,0 efficiatur. Hujus miscelae 4,0 cum aquae 300,0 fervidae et aquae 300,0 frigidae in apparatum ad inhalationes aptum ingeratur etc. *Ph. Brit.*

## Veratrinum.

Veratria. Veratrina.

$C_{32}H_{52}N_2O_8 + C^{64}H^{52}N^2O^{16} = 592.$

Rp. Fructus Sabadillae.
Conspersi
Aquae destill. calidae

pondere dimidio stent per nychthemerum unum. Dein eximantur et premendo magna ex parte ab aqua liberati loco calido siccentur. In mortario contundendo et vanni ope decu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0857-9
DFG

tiendo semina a capsulis membranaceis liberentur.

Tum semina, ope molae, qua teruntur fabae Coffeae tostae, in pulverem redacta conspergantur Spiritu Vini rectificatissimo, ut pultem densiorem praebeant, quae in vas deturbatorium ingesta tam diu

Spiritu Vini rectfss.

exhauriatur, quamdiu Spiritus defluat coloratus.

Liquor hoc modo obtentus calore leni (in congestore vaporario) a Spiritu Vini quam maxime liberetur, dein residuum adhuc calidum cum volumine duodecuplo

Aquae destill. frigidioris

commisceatur.

Mixturam in colatorium ingere et, quod in hoc remanet, tam diu Aqua destillata elue, quamdiu aqua defluens affusa Ammonio caustico soluto praecipitatum praebet. Liquor colatus dein commisceatur cum

Ammonii caustici soluti

ea quantitate, ut Ammonium parce praevaleat.

Praecipitatum inde ortum, postquam subsederit, collige et Aqua destillata frigida ablue, donec aqua coloris expers defluat. Tum praecipitatum commisce cum

Aquae destillatae

ea quantitate, quae aequalis est parti tertiae ponderis fructuum adhibitorum, et adde

Acidi hydrochlorici

tantum, quantum ad liquorem efficiendum acidulum requiritur. Liquorem, injecto

Carbonis animalis

paulo, digere per horam unam, dein filtra, carbonem in filtro eluendo. Liquori filtrato instilla

Ammonium caust. solutum,

ut paululum praevaleat. Praecipitatum exortum denuo collige, Aqua destillata ablue, quamdiu aqua defluens Argento nitrico soluto turbatur. Postremo praecipitatum (cum filtro) loco tepido sicca.

*Dosis:* 0,001—0,003—0,005 quater sexiesve per diem. *Dos. max.:* 0,005, pro die 0,02!! In unguine 0,1—0,5 : 10,0 adip. Ad infrict. 0,1—0,5 : 10,0—15,0 spiritus (neuralgia, prosopalgia vel dolor faciei, ischias, rheuma, torpor)!

# Vernices (Laccae).

*Firnisse und Lacke.*

## **Notanda** de parandis vernicibus.

Spiritus Vini, qui ad parandas vernices adhibetur, est aut alcoholisatus et ponderis specifici 0,810—0,820, aut absolutus et ponderis specifici 0,795—0,800, semper destillando paratus. Ad vernicem efficiendam plerumque major quantitatas Spiritus praecepta est, quam sufficiens videtur, quia operatio filtrationis vel decanthationis respecta est. Vernix filtrata vel decanthata, si praetenuem se praestat, in congestore vaporario (*Dunstsammler*), collocato in balneo aquae, destillando ad spissitudinem justam redigatur.

Oleum Terebinthinae ad parandas vernices adhibendum est Gallicum, coloris expers, nihilominus ad parandas vernices copalinas Oleum Pini flavidum resinosumque, quod e Polonia et Germania advehitur, praeferendum est. Vernices cum Oleo Terebinthinae paratae, si praetenues se praestant, in congestore vaporario, collocato in balneo arenae, ad spissitudinem justam redigantur.

Benzina s. Benzinum in praeceptis indicatum est lithanthracinum vel paratum e Lithanthrace, etiam Benzolum nominatum.

Filtrationes vernicum in vasis deturbatoriis, operculo occlusis efficiuntur. Aut strages arenae purae siccae, lana gossypino trajectae, aut coactilia pilosa exhibent massam filtratoriam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0858-5 DFG

## Encaustum figulinum

quod plumbum non continet.

*Bleifreie Töpferglasur.*

Rp. Quarzi vel Arenae silicicae
[1] albae *P.* 100
Kali carbonici dep. *P.* 80
Kali nitrici *P.* 10
Calcariae hydratae *P.* 20.

Pulveratae et bene mixtae igne fortiore ad massam vitream liquescant. Massa refrigerata et subtilissime pulverata ad usum cum

Kali silicici basici liquidi

quantitate sufficiente commiscenda est.

Rp. Ossium ustorum *P.* 3
[2] Cretae albae *P.* 5
Argillae *P.* 4
Carbonis ligni *P.* 1
Acidi boracici *P.* 15.

Misce, ut fiat pulvis subtilissimus, qui calore fortiore liquetur.

## Lacca sutoria aquosa

ad segmenta coriacea calceorum feminarum (*Imperatrice* nominata).

Rp. Boracis 100,0
Aquae 4000,0.

Liquori ebullienti paulatim adjice

Laccae in tabulis 400,0

et coquere perge, donec inter agitationem laccae solutio peracta fuerit. Tum sepone loco frigido per horas quatuor ad quinque, ut materia ceracea plane discedere possit, dein liquorem perfecte frigefactum filtra. Colaturae sint 3200,0 Gramm. Deinde

rp. Nigri anilinici 12,0
Boracis 5,0.

Conterendo bene mixtis adde

Acidi picrinici 2,5
Acidi gallici 6,0
Ammonii caust. sol. 200,0
Aquae communis 100,0.

In patinam porcellaneam immissa per horae quadrantem ebulliant et refrigerata cum illa colatura commisceantur. Mixtura agitata post aliquod tempus decanthetur et in lagenas capacitatis centim. 100 cubic. infundatur. Sit liquor e nigro-fuscus, limpidus, aëri expositus sensim nigrescens. *Usus:* Liquor penicilli vel spongiolae ope segmentis coriaceis calceorum illinitur.

*Nota.* 1. Color niger mixturae aut Nigro Parisiensi aut anilinico saturari potest.

*Nota.* 3. *Peterson's Anilin-Black,* in mercatu vulgo *Anilinschwarz* nominatum; solubile Borace aqua soluto ferventi.

## Vernix anatomica.

*Lack für trockne anatomische Präparate.*

Rp. Mastiches 25,0
Sandaracae 65,0
Camphorae 2,5
Terebinthinae Venet. 6,0
Spiritus V. alcohol. 200,0.

Digerendo fiat vernix.

## Vernix aquosa.

*Wasserfirniss.*

Rp. Boracis *P.* 10
Aquae pluvialis *P.* 210.

In vas cupreum ingestis calefactisque ad ebullitionem usque sensim immittantur

Laccae in tabulis *P.* 30.

Liquor, dum ebullit, agitetur et solutione resinae peracta fervidus per linteum coletur. Liquori inter agitationem instilla

Olei Caryophyllorum
Olei Terebinth. āā *P.* 1/20.

Dein sepone per aliquot dies, decantha et serva.

*Nota.* Si vis vernicem coloris expertem efficere, recipe Laccam in tabulis albam et Aquam destillatam.

## Vernix Asphalti.

*Asphaltlack.*

Rp. Asphalti *P.* 30.

Pulveratas solve agitando in

Benzoli *P.* 40.

Liquori decanthato ingere

Elemi *P.* 3
Balsami Copaivae *P.* 5.

Seponendo, saepius agitando, tum decanthando fiat vernix.

## Vernix ad aulaea

chartacea.

Vernix ad tapeta chartacea.

Rp. Sandaracae *P.* 10

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0859-3 DFG

Laccae in granis
Terebinthinae Venetae
Mastiches āā *P.* 5
Elemi *P.* 2
Spiritus V. alcoholisati *P.* 70.

Digere et saepius agita. Tum sepone et decantha.

*Nota.* Ante obductionem tapeta solutione Gelatinae albae bis illinantur et siccentur.

## Vernix aurea.

*Goldlack.*

Rp. Pigmenti e Rubia tinctorum
[1] e Gallia advecti, *Garance**) dicti *P.* 5
Spiritus V. alcoholisati *P.* 15.

Digere per duodecim horas, tum exprime et filtra. Colaturae admisce solutionem concentratam

Laccae in tabulis fulvae

spirituosam et guttulas nonnullas

Tincturae Croci.

Vernix, si nimis tenuis est, ad justam spissitudinem evaporetur.

Rp. Laccae in tabulis *P.* 100
[2] Sandaracae
Mastiches āā *P.* 20
Sanguinis Draconis
Croci āā *P.* 7
Pigmenti citrini anilinici (*Anilinorange*) *P.* 1
Gutti *P.* 12.

Contusis et concisis affunde

Spiritus V. alcohol. *P.* 500.

Digere et filtra.

Rp. Laccae in granis *P.* 200
[3] Sandaracae
Mastiches āā *P.* 80
Gutti
Sanguinis Draconis
Orleanae āā *P.* 20
Terebinthinae Venetae *P.* 60
Ligni Santali rubri *P.* 30.

Contusis et concisis affunde

Spiritus Vini alcoholisati *P.* 1000.

Digere et filtra.

*) Hoc pigmentum nominatur ab Anglis Matter, ab Italis Alizari.

Vernix aurea oleosa.

Rp. Vernicis copalin. flav. P. 30
[4] Sanguinis Draconis pulv. *P.* 2
Succini pulverati
Gutti pulv. āā *P.* 1
Olei Rorismarini *P.* 5.

Digere. Fiat vernix decanthando depuranda.

## Vernix Bibliopegorum.

*Buchbinderlack.*

Rp. Laccae in tabulis *P.* 40
[1] Benzoës *P.* 15
Sandaracae
Mastiches āā *P.* 10.

Contusis affunde

Olei Lavandulae *P.* 2
Spiritus Vini *P.* 200.

Digere, tum sepone et filtra.

Rp. Laccae in tabulis *P.* 60
[2] Mastiches *P.* 15
Benzoës *P.* 30
Terebinthinae Venetae *P.* 5
Spiritus Vini alcohol. *P.* 250.

Digere et filtra.

Lacca Bibliopegorum alba.

Rp. Laccae in tabulis albae *P.* 10
[3] Mastiches *P.* 3.

Pulveratis affunde

Spiritus V. absoluti *P.* 60.

Digere leni calore, tum filtra. Liquori destillando ad Partes remanentes 30 redacto admisce

Olei Lavandulae *P.* 2.

## Vernix caementaria.

Vernix tam densa, ut aqua penetrare non possit. *Cementfirniss.*

Rp. Terebinthinae Venetae *P.* 14
Laccae in tabulis *P.* 18
Colophonii *P.* 6
Spiritus V. rectfss. *P.* 80.

Digere.

*Nota.* Haec vernix loco vincturae ad miscelam e gypso et arena adhibeatur, etiam muros humescentes (post siccationem) eadem obducere potes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0860-4
DFG

## Vernix ad calceos
e Gummi elastico factos.
*Gummischuhlack.*

Rp. Colophonii *P.* 10
[1] Asphalti *P.* 20.
Liquatis adde
Gummi elastici minutim concisi *P.* 5
et modico igne digere, donec Gummi solutum sit. Massae adhuc calenti admisce paulatim inter agitationem
Olei Terebinthinae *P.* 10
et post refrigerationem modicam
Benzinae lithanthr. q. s.,
ut fiat vernix justae spissitudinis. Ut sit nigerrima, admisce paulum Fuliginis ustae praeparatae.

Rp. Picis nigrae 50,0
[2] Asphalti optimi 100,0.
Pulverata solve in
Benzinae e lithanthrace 200,0.

## Vernix ad coaxationem.
*Zimmerbodenlack.*

Rp. Laccae in tabulis *P.* 20
[1] Colophonii optimi *P.* 10
Spiritus V. alcoholisati *P.* 100.
Digere. Grammata 500 vernicis ad illinendos metra 3—4 quadrata sufficiunt. Coaxatio antea sit Vernice Lini aut colore cum glutine fabrili parato oblita.

Rp. Vernicis Lini *P.* 20
[2] Resinae copalinae pulv. *P.* 5.
In lebetem ferreum immissae igne lento liquentur. Tum adde
Resinae Pini Burg. *P.* 40
Sandaracae *P.* 20
Laccae in tabulis *P.* 80
Mastiches *P.* 5,
omnes antea pulveratas et mixtas. Colliquatione peracta, massa refrigerata ad pulverem redigatur, cui affundantur
Spiritus V. alcoholisati *P.* 500.
Dein digere per hebdomadem et post refrigerationem decantha. Vernix haec adhibetur ad tabulatum, quod antea Vernice Lini imbutum est.

### Lacca ad coaxationem Franco-Gallica (Christophii).

Rp. Laccae in tabulis *P.* 100
Colophonii *P.* 50
Animes *P.* 35
Spiritus V. alcohol. *P.* 440.
Digerendo solve.

## Vernix copalina.

Rp. Resinae copalinae coctae subt.
[1] pulv. *P.* 40.
In ollam porcellaneam immissis et lente calefaciendo liquatis adde
Balsami Copaivae calefacti *P.* 10.
Mixtione peracta, massam ab igne remotam solve in
Olei Terebinthinae (vel Photogeni destillati) calefacti *P.* 50
vel quantitate sufficiente, ut fiat vernix justae spissitudinis.

Rp. Resinae copalinae coct. *P.* 10.
[2] Subtiliter pulveratis adde
Terebinthinae Venetae
Vernicis Lini āā *P.* 1.
Leni calore liquatis admisce
Olei Terebinthinae *P.* 20
vel quantum sufficit ad justam spissitudinem vernicis efficiendam.

Rp. Resinae copalinae coct. *P.* 10
[3] Terebinthinae Venetae *P.* 2.
Liquatas solve in
Olei Terebinthinae q. s.

### Vernix copalina cum Aethere.

Rp. Camphorae *P.* 5.
[4] Solve in
Aetheris *P.* 60.
Tum adjice
Resinae copalinae pulv. *P.* 20
et saepius agita, donec resina fere soluta sit. Dein admisce
Spiritus Vini absoluti *P.* 20
Olei Terebinthinae *P.* 2.
Miscela saepius agitata seponatur, tum decanthetur.

### Vernix copalina spirituosa.

Rp. Resinae copalinae coctae
[5] Sandaracae āā *P.* 25
Mastiches *P.* 12.
Pulveratis admisce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0861-0
DFG

Terebinthinae Venetae *P.* 10
Vitri pulverati *P.* 15.

Tum affunde

Acetoni *P.* 25
Spiritus V. absoluti *P.* 115.

Digere saepius agitando per dies quatuordecim. Liquor! refrigeratus aut filtratione aut decanthatione depuretur.

## Resina copalina cocta.

Resina copalina, praecipue illa ex India orientali allata, difficile in Oleo Terebinthinae, Photogeno destillato, Oleo aethereo Lithanthracis etc. solvitur, quod melius efficitur, si resina copalina pulverata lento igne ita liquatur, ut magna pars olei aetherei, quod continet, evaporatione deminuatur. Resina dein refrigerata subtiliter pulveretur, tum charta obtecta per aliquot menses seponatur. Fusio, si opus est, iterari potest.

Resina copalina hoc modo tractata in Acetono, Chloroformio, Oleo Cajaputi, Oleo Terebinthinae, etiam in Spiritu Vini absoluto, qui Camphorae paululum solutum continet, fere facile solubilis est.

## Vernix curulis
Vindebonensis.
*Wiener Wagenlack.*

Rp. Laccae in tabulis *P.* 100
Terebinth. Venetae *P.* 20
Spiritus V. rectfss. *P.* 550
Olei Lavandulae *P.* 25
Fuliginis e taeda ustae, conterendo praep., q. s.

Misce et digere.

## Vernix Dammarae.

Rp. Resinae Dammarae *P.* 10
Resinae copalinae pulv. *P.* 2.

Pulveratis affunde

Olei Terebinthinae *P.* 21.

Digere et interdum agita, donec resinae fere solutae sint. Tum admisce

Olei Terebinthinae q. s.,

ut vernix sit spissitudinis syrupi. Vernix sedimentando et decanthando depurata servetur.

## Vernix s. Lacca decolor.

Rp. Sandaracae 50,0
Terebinthinae laricinae 9,0
Olei Terebinthinae rectif. 1,0
Spiritus Vini fortioris (96 %) 100,0.

Macerando solve. Copia Spiritus, si opus sit, augeatur.

## Vernix doliorum ligneorum
(cerevisiae).
*Holzfässerlack.*

Rp. Laccae in tabulis 100,0
Colophonii 350,0
Cerae flavae 15,0
Terebinthinae 500,0
Spiritus Vini absoluti vel fortioris 1500,0.

Resinae contusae et cera in scobes tenuiores redacta spiritu superfundantur. Macerando et saepius agitando solutio efficiatur. Dolium cerevisiacum primo interne vernice spiritu diluta bis illiniatur, tum externe vernice non diluta semel, tum autem vernice parata e laccae in tabulis p. 1 et spiritus p. 6—7 illinatur. Post diem unum illitus quisque siccatus est.

## Vernix Hollandica.

Adhibetur ad icones lithographice paratas et coloratas, ut aequent picturas oleatas.

Rp. Sandaracae
[1] Mastiches
Succini aa *P.* 15.

Subtilissime pulveratis affunde

Terebinthinae Venet. *P.* 12
Olei Lini *P.* 20
Olei Terebinth. *P.* 40.

Digere per hebdomadem, saepius agita et filtra. Vernix radiis solis exponatur, ut pallescat.

Vernix isochromica.

Rp. Mastiches *P.* 10
[2] Sandaracae *P.* 5
Olei Terebinthinae *P.* 40.

Digere et filtra.

Rp. Mastiches 10,0
[3] Terebinthinae Venet. 12,0
Olei Terebinthinae 35,0.

Digerendo fiat vernix.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0862-6

*Usus:* Ad tabulis lithographicis coloratis aspectum tabularum pigmentis oleatis effectarum proferendum.

**Vernix Ichthyoli** *Unna.*

Vernisium Ichthyoli. *Ichthyolfirniss.*

Rp. Ichthyoli 40,0.
[1] Misce conterendo cum
Amyli triticei 40,0
Solutionis Albuminis 1,5
Aquae destill. q. s.,

ut 100,0 expleantur. Solutio Albuminis ex albuminis ovi recentis p. 1 et aquae frigidae p. 1½ conterendo efficitur.

Vernisium Ichthyoli carbolisatum *Unna.*

Rp. Ichthyoli 25,0
[2] Acidi carbolici 2,5
Amyli triticei 50,0
Aquae destill. 22,5.

Misce. Calor ne adhibeatur. Virnisia ambo a doctore illustro *Unna* laudata sunt loco Collodii ichthyolati et glutinis Zinci ichthyolati. (Acne, rosacea seborrhoïca et simplex, erysipelas, ulerythema centrifugum).

**Vernix ad ligna** obducenda.

*Holzlack.*

Rp. Sandaracae *P.* 25
[1] Mastiches *P.* 6
Laccae in granis *P.* 25.

Pulveratis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 100.

Digere et saepius agita, tum sepone. Liquori decanthato admisce
Spiritus V. rectfss.,

quantum requiritur ad justam spissitudinem vernicis.

Vernix e rubro fusca ad lignum pineum obducendum.

Rp. Laccae in tabulis *P.* 100
[2] Sandaracae *P.* 200
Mastiches *P.* 50
Elemi *P.* 50
Terebinthinae Venet. *P.* 100
Sanguinis Draconis *P.* 25
Orleanae *P.* 6.

Contusis, pulveratis et commixtis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 1200.

Digere et filtra, tum adde quantitatem sufficientem Spiritus ejusdem ad justam spissitudinem vernicis efficiendam.

**Vernix Lini.**

Rp. Olei Lini *P.* 1500—2000.
[1] Usque ad 40° C. calefactis agitando admisce
Acidi nitrici fumantis (vel monohydrati) *P.* 1.

Tum sepone quatuor dies et saepius conquassa. Postremo sepone per tres hebdomades et vernicem decantha aut filtra.

Rp. Olei Lini *P.* 600
[2] Lithargyri laevigati *P.* 20
Vitrioli albi pulv. *P.* 10.

Coque leni igne inter agitationem continuam, donec aquosae partes consumptae sint. Tum sepone et decantha.

Rp. Olei Lini *P.* 800
[3] Mangani oxydati hydratici *P.* 1.

Mixtas calefac inter agitationem (per horae quadrantem circiter), usquedum oleum aliquantulum fumi exhalare incipiat. Tum ad sedimentationem sepone et decantha.

Rp. Mangani oxydati boracici sic-
[4] cati *P.* 5
Olei Lini q. s.

Assidue conterendo mixtis affunde
Olei Lini *P.* 3000,

et usque ad ebullitionem calefac, tum sepone et decantha.

Rp. Olei Lini 1000,0.
[5] Conquassa cum
Kali hypermanganici 3,0

solutis in
Aquae destill. 70,0.

Decantha post sedimentationem.

**Vernix nigra.**

Vernix Brunswicensis s. Japonica.

*Lederlack.*

Rp. Vernicis Lini *P.* 10
[1] Umbrae (badiae) pulv. *P.* 2
Asphalti pulv. *P.* 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0863-2 DFG

Usque ad ebullitionem calefac et saepius agita. Semirefrigeratis admisce

Olei Terebinthinae,

quantum ad justam spissitudinem vernicis efficiendam requiritur. Tum sepone per duos dies et decantha.

Vernix (Ceratura) nigra ad armamenta equorum.

*Lack für Pferdegeschirre.*

Rp. Laccae in tabulis *P.* 60
[2] Terebinthinae Venetae *P.* 20
Sandaracae *P.* 10
(Fuliginis e taeda praeparatae *P.* 3)
Olei Ricini *P.* 2
Olei Terebinthinae *P.* 10
Spiritus Vini alcohol. *P.* 200.

Digere et agita. Armamenta denigrata hac vernice oblinuntur.

Vernix nigra ad obducendas lagenas medicatas.

*Lack zum Schwärzen der Medicingläser.*

Rp. Asphalti pulv. *P.* 1
[3] Benzinae lithanthr. q. s.

Solvendo fiat vernix.

Vernix nigra ad laminas metallicas.

*Eisenlack.*

Rp. Vernicis Succini *P.* 100
[4] Vernicis Lini
Olei Terebinthinae $\widehat{aa}$ *P.* 50
Asphalti pulv. *P.* 25.

Digere et agita.

Rp. Asphalti pulv. *P.* 50.
[5] Solve digerendo in
Olei Terebinthinae (vel Benzinae lithanthr.) *P.* 300.

Tum admisce

Colophonii pulv. *P.* 25.

Sepone et saepius agita.

Lacca nigra militaris.

*Militärlack.*

Rp. Laccae in tabulis *P.* 100
[6] Terebinthinae Venetae *P.* 50.

Solve digerendo in

Spiritus V. rectfss. *P.* 750.

Tum admisce

Fuliginis ustae e taeda *P.* 18

antea cum

Olei Terebinthinae *P.* 35

terendo praeparatas.

Lacca nobilis ad coreum.

*Lederlack.*

Rp. Sandaracae
[7] Mastiches
Terebinthinae laricinae
Olei Ricini $\widehat{aa}$ 30,0
Camphorae 15,0
Elemi 60,0
Laccae in tabulis 250,0
Spiritus Vini absoluti
Spiritus V. rectfss. $\widehat{aa}$ 1000,0
Fuliginis ustae e taeda 50,0.

L. a. fiat vernix.

## Vernix ad orichalceas

res politas obducendas.

*Lack für polirte Messingwaaren.*

Rp. Laccae in granis *P.* 10
Spiritus V. alcoholisati *P.* 60.

Solve digerendo et filtra.

## Vernix Photographorum.

Rp. Laccae in tabulis albae contusae *P.* 10
[1] Spiritus V. alcoholisati *P.* 100
Olei Lavandulae *P.* 15.

Digere et filtra.

Rp. Succini (flavescentis) contusi *P.* 20
[2] Chloroformii
Aetheris $\widehat{aa}$ 75.

Macera et filtra.

Rp. Vernicis copalinae *P.* 1
[3] Benzinae lithanthr. *P.* 2.

Misce.

## Vernix pilularum.

Lacca ad pilulas. *Pillenlack.*

Rp. Mastiches 5,0
[1] Balsami Tolutani 15,0
Spiritus V. absoluti 15,0
Aetheris 80,0.

Digere et filtra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0864-7 DFG

Rp. Balsami Tolutani 15,0
[2] Aquae fervidae 50,0.
Digere per aliquot horas, interdum agitando, tum aqua defundatur. Balsamo residuo admixtis
Colophonii 1,5
affunde
Spiritus Vini absoluti 15,0
Aetheris 100,0.
Macera saepius agitando per aliquot dies, funde per gossypii flocculum et serva.

**Vernix politoria.**
*Politur.*

Rp. Laccae in tabulis pulv. *P.* 1
[1] Spiritus V. rectfss. *P.* 7—8.
Digere, sepone, decantha.

Rp. Laccae in tabulis *P.* 3
[2] Sandaracae *P.* 1
Spiritus V. rectfss. *P.* 30
vel quantum requiritur, ut fiat digerendo vernix.

Vernix politoria coloris expers.

Rp. Laccae in tabulis albae *P.* 10
[3] Mastiches *P.* 2
Spiritus V. absoluti *P.* 60.
Digere et fac vernicem eodem modo, quo Vernix politoria paratur.

Vernix politoria universalis.

Rp. Laccae in tabulis *P.* 15
[4] Laccae in granis
Mastiches
Resinae copalinae occidentalis
Ligni Santali rubri $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Pulveratis affunde
Spiritus V. absoluti *P.* 100.
Digere per aliquot dies calore 30—40° therm. et saepius agita, dein sepone per tres dies loco frigido et filtra. Liquor filtratus, Spiritum destillando concentratus servetur.

Politura copalina.

Rp. Resinae copalinae pulv. *P.* 20
[5] Camphorae *P.* 5.
Affunde
Aetheris q. s.
Macera et saepius agita, ut fiat mellago densior. Tum admisce q. s.
Spiritus Vini alcoholisati,
ut miscela spissitudinis syrupi tenuioris sit.

**Vernix principalis.**
*Patentlack.*

Rp. Laccae in granis
Mastiches
Sandaracae
Olei Lavandulae $\widehat{aa}$ *P.* 10
Elemi *P.* 5
Laccae in tabulis *P.* 40
Croci *P.* 1
Spiritus V. alcohol. *P.* 200.
Digere et filtra.

**Vernix ad signaturas**
et picturas oleatas.
*Lack für Oelschilder und Oelgemälde.*

Rp. Sandaracae 50,0
[1] Mastiches 20,0
Balsami Copaivae 7,5
Terebinthinae Venetae 15,0
Olei Terebinthinae 20,0
Spiritus V. alcoholisati 125,0
Spiritus Vini absoluti 50,0.
In lagenam immissa digere leni calore per duos dies et saepius agita. Tum sepone per aliquod tempus et decantha.

Rp. Laccae in tabulis albae 100,0
[2] Mastiches 20,0
Sandaracae 10,0
Spiritus Vini absoluti 250,0
Balsami Copaivae Maracaibici 5,0.
Misce et digerendo solve.

**Vernix Sinensis.**
*Chinesischer Lack.*

Rp. Copali fere decoloris, pellucidi 100,0.
In pulverem redige, tum sepone in patinam porcellaneam immissum et charta bibula obtectum per menses duos vel tres loco ventilato. Deinde misce cum
Sandaracae
Mastiches $\widehat{aa}$ 100,0
in pulverem contusis Post dies octo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0865-3
DFG

mixtum pulvereum in cucurbitam vitream ingere et superfunde

Spiritus absoluti 1000,0
Chloroformii 50,0
Alcoholis amylici optimi 150,0.

Sepone, cucurbita leviter clausa, loco caloris 15—20° C., saepius agitando, per hebdomades tres vel quatuor. Postremo vernicem seponendo decanthandoque depura. Massa residua, non soluta reservetur et ad parationem vernicis ullius linoleosae adhibeatur.

### Vernix ad statuas

gypseas aere obducendas.
*Broncirlack für Gypsfiguren.*

Rp. Saponis sebacini optimi rasi *P.* 50.

Solve in

Aquae dest. fervidae *P.* 200.

Solutioni colatae admisce

Cupri sulfurici cryst. *P.* 15

antea solutas in

Aquae destillatae *P.* 60.

Praecipitatum inde ortum (sapo cupreus) sedimentando et aqua eluendo separatum, tum lenissimo calore siccatum solvatur in quantitate sufficiente

Olei Terebinthinae.

*Nota.* Statuae obductae loco tepido siccentur.

### Vernix Succini.

*Bernsteinlack.*

Rp. Colophonii Succini *P.* 150
[1] Vernicis Lini *P.* 20.

In ollam ferream et altam immissae calore fortiore liquescant. Deinde ab igne remotis paulatim admisce inter agitationem

Olei Terebinthinae *P.* 300

vel quantum ad justam spissitudinem vernicis efficiendam sufficiat.

Rp. Colophonii Succini *P.* 100.
[2] In ollam ferream amplam immissis et liquatis, igne remoto, inter agitationem paulatim adde

Olei Terebinthinae *P.* 60.

Massae fere refrigeratae admisce

Olei Terebinthinae,

quantum sufficit ad justam spissitudinem vernicis.

### Vernix ad tabulas

geographicas, imagines aere excusas, picturas lineares, chartas etc.
*Weisser Buchbinderlack. Weisser Bilderlack.*

Rp. Sandaracae *P.* 120
[1] Mastiches *P.* 50
Camphorae *P.* 5
Spiritus Vini (97 %) *P.* 350.

Digere et interdum agita, tum filtra.
*Nota.* Charta ante obductionem solutione Ichthyocollae tenuiore bis illinatur, tum siccetur.

Rp. Sandaracae *P.* 30
[2] Elemi *P.* 20
Spiritus V. rectfss. *P.* 100.

Digere etc. ut supra.

Rp. Sandaracae *P.* 30
[3] Mastiches *P.* 20
Vitri albi contusi *P.* 10
Terebinthinae Venetae *P.* 15
Spiritus V. rectfss. *P.* 150
Pigmenti convenientis (uti Sanguinis Draconis, Orleanae, Gutti) q. s.

Digere et filtra.

### Vernix universalis.

Rp. Laccae in tabulis *P.* 15
[1] Mastiches *P.* 2
Spiritus V. absoluti *P.* 90.

Digere et filtra. Colaturam ad justam spissitudinem evaporando (in congestore vaporario) redige.

Vernix universalis ad res metallicas.

Rp. Vernicis universalis *P.* 20
[2] Tincturae Sanguinis Draconis concentratae *P.* 2—3.

Misce. Tinctura haec paretur e Sanguinis Drac. *P.* 1 et Spir. V. absoluti *P.* 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0866-9 DFG

# Veterinaria specialia.

In morbis
## Bovis Tauri.
### Anthrax. *(Milzbrand.)*

Electuarium prophylacticum.

Rp. Kali nitrici
Salis culinaris aa 100,0
Natri sulfurici 500,0
Seminis Foeniculi 150,0.

*Signa:* Quotidie ter cochlear majus bene repletum aut una cum pabulo, aut cum potu porrigatur. Aquae ad potum dandae aliquantulum Acidi muriatici crudi installa, ita ut sit acidiuscula, bovi magno 1,0—1,5.

Ingravescente periculo venaesectio instituenda est. Commendatur etiam suffitio Asae foetidae.

Potus antanthracicus.

Rp. Acidi carbolici depurati 5,0
Aquae 600,0.

Misce. Dosis una, quae altero die repetatur.

### Morbus stomatico-ungulareus.

Aphthae epizooticae.
(*Maulseuche und Maulfäule.*)

*Remedium internum.*

Liquor acidus ferratus. Potus antisepticus.

Rp. Acidi muriatici crudi 500,0
Ferri metallici 3,0
Aquae 500,0.

Stent per noctem unam, tum solve
Salis culinaris 15,0.

*Signa:* Hujus liquoris aquae ad potum porrigendae tantum addatur, ut sit aqua saporis paulum acidiusculi.

Si lotiones opus sunt, solutio infra praescripta, ad claudicationem notata [pag. 852, Liq. cntr. pestem etc.] adhibeatur.

Pabulum sit mucilaginosum.

*Remedium externum.*
*Maulklaupulver.*

Rp. Aluminis usti
[1] Ammonii muriatici
Boracis pulverati
Natri sulfurici exsiccati aa 20,0
Kali nitrici
Aeruginis aa 5,0
Cupri sulfurici 15,0.

Misce, ut fiat pulvis fere subtilis, cui immisceantur
Acidi carbolici 5,0
soluta in
Spiritus Vini fortioris 10,0.

Divide in partes aequales quinque (5).

*Usus:* Pulveris pars, ponderis grammatum 22,0, solve in aquae purae calidae grammatis 1000,0 vel in litra una et per linteum fundendo cola. Rostrum et ungulas spongiae marinae vel penicilli ope bis pro die hoc liquore aquoso irrorantur et elavantur.

*Maulklausteine.*

Rp. Aluminis crudi
[2] Boracis cryst.
Natri sulfurici cryst.
Ammonii muriatici
Cupri sulfurici cryst. aa 20,0.

In pulverem grossum redactis commixtisque admisce pulverem subtilem paratum e Kali nitrici, Aeruginis, Acidi salicylici et Benzoës ana 5,0. Conspersa aquae 5,0 leni calore calefac, donec miscela colliquefacta est. Tum affunde in laminam ferream. Massam refrigeratam in pulverem grossum redige, cum Acidi carbolici 5,0, ut supra notatum est, commisce et in partes quinque (5) aequales divide. *Usus* ut supra notatus.

### Aphthae in ubere.

Linimentum exsiccans.
*Gegen Euterschwämme.*

Rp. Cupri acetici 5,0.
[1] Terendo misce cum
Olei Olivarum 40,0.
Tum adde
Aceti plumbici 10,0.
M. f. linimentum.

### Claudicatio epizootica.
*Klauenseuche.*

Rp. Aluminis 25,0
[2] Acidi carbolici depurati 5,0.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0867-5

Solve in
Aquae fervidae 550,0.
Tum admisce
Acidi muriatici 7,5.
*Signa:* Lotio.

*Usus:* Haec lotio primis octo diebus morbi aequali volumine aquae diluta adhibetur, subsequentibus diebus non tenuata. Si ulcera vel tumores apparent, ea aut fomentis tepidis resolvantur, aut quotidie bis unguantur mixtione parata ex
Linimenti volat. camph. 50,0
Olei Hyoscyami 25,0.

Linimentum contra pestem exungulantem ruminalium.
*(Gegen Klauenseuche der Wiederkäuer.)*

Rp. Aeruginis pulv. 20,0
Olei Lini 120,0.
Misce.

Liquor s. Lotio contra pestem exungulantem ruminalium.

Rp. Acidi muriatici crudi 20,0
[1] Aluminis
Olei Terebinthinae $\widehat{aa}$ 5,0
Aquae fontanae 900,0.
Misce et solve.

Rp. Acidi nitrici crudi 20,0
[2] — carbolici crudi 10,0
— pyrolignosi 400,0
Aquae fontanae 800,0.

Rp. Aluminis 20,0
[3] Acidi carbolici
— muriatici $\widehat{aa}$ 10,0
Liquoris Ferri sesquichlorati 15,0
Spiritus Vini rectfss. 50,0
Aquae communis 400,0.
Misce exactissime.

## Diarrhoea et Dysenteria.
*(Durchfall und Ruhr.)*

Electuarium antidysentericum.

Rp. Nucum vomicar. 7,5
Radicis Tormentillae
— Gentianae $\widehat{aa}$ 100,0
— Asari
Magnesiae albae $\widehat{aa}$ 15,0
Radicis Althaeae 30,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium. *Signa:* Tertia quaque hora ita porrigatur, ut electuarium horis 36 ad 48 consumatur.

Ad usum vitulorum.
*(Für Kälber.)*

Pulvis antidysentericus.

Rp. Radicis Tormentillae 25,0
[1] Magnesiae albae 15,0
Opii puri 0,6.

M. f. pulvis. *Signatur:* Cum lacte mixtus quarta quaque hora porrigatur, ita ut 24 horis consumatur.

Rp. Radicis Tormentillae
[2] Magnesiae albae $\widehat{aa}$ 20,0
Opii puri
Nucum vomic. $\widehat{aa}$ 1,0.
M. f. pulv. Detur ut supra.

## Febris post partum.
*(Mutterfieber.)*

*Nota.* Interdum secundo vel tertio post partum die status febrilis vaccae incidit. Quod si fit, primum venaesectio instituatur, deinde decoctiones tepidae mucilaginosae in partes genitales injiciantur, tum hoc electuarium porrigatur:

Electuarium nervinum temperans.

Rp. Natri nitrici
Radicis Angelicae $\widehat{aa}$ 100,0
— Carlinae 20,0
— Althaeae 40,0
Herbae Digitalis
Camphorae $\widehat{aa}$ 2,0
Farinae secalinae 20,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium. *Signa:* Tertia quaque hora quantitas magnitudinem ovi gallinacei parvi aequans porrigatur.

## Fluxus cruentus.
*(Rückenblut.)*

Pulvis contra fluxum cruentum boum.

Rp. Boli Armenae
[1] Radicis Tormentillae
Sulfuris sublimati $\widehat{aa}$ 40,0
Herbae Hyoscyami 10,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0868-1
DFG

Kali nitrici 20,0
Kali sulfurici 100,0.

Misce. Divide in partes quatuor (4) aequales, ita ut partes singulae contineant 10 Grammata Boli Armenae.

*Signa:* Mane et ad vesperam quotidie pulvis unus detur.

*Nota.* Ovibus dimidia pars pulveris singuli porrigatur.

Rp. Capitis mortui
[2] Kali nitrici $\widehat{aa}$ 150,0
Natri sulfurici 300,0.

M. f. pulvis. Divide in partes 10 aequales ita, ut pars unaquaeque contineat circiter 15 Grammata Kali nitrici.

*Signa:* Quotidie quater pulvis unus aqua commixtus porrigatur.

*Nota.* Injectiones mucilaginosae et evacuationes intestini recti commendantur.

## Inflammatio uberis.

(*Euterentzündung.*)

Pecudi doses modicae Natri sulfurici et decocta radicum raparum porrigantur. Uberi, interdum caute mulgendo, fomenta tepida et vapores calidi infusi seminis feni admoveantur et quotidie Unguentum laurinum vel nervinum leniter infricetur.

## Inflammatio uteri seu vulvae.

(*Gebärmutterentzündung.*)

Detur Electuarium nervinum temperans, cui etiam Kali nitrici 25,0 et Natri sulfurici 150,0 admixta sunt, et subinde vulvae applicentur injectiones tepidae generis hujus:

Injectio ad vulvam.

Rp. Decocti Seminis Lini 500,0
[1] vel 600,0
Decocti Corticis Quercus 350,0 vel 400,0
Tincturae Opii simplicis 4,0
Tincturae Arnicae flor. 5,0.

Misce.

Rp. Lactis vaccini 750,0
[2] Ferri sulfurici 1,5.

Solve.

## Helminthiasis.

Conf. Helminthiasis equi caballi.

Praescripta ibi commendata etiam ad helminthiasin ruminantium adhibentur.

## Lac caeruleum vel tenue

(*Blaue und dünne Milch.*)

Rp. Radicis Calami
Boli albae
Natri bicarbonici
Salis culinaris $\widehat{aa}$ 200,0
Seminis Foeniculi
Seminis Anisi $\widehat{aa}$ 400,0.

M. f. pulvis. *Signa:* Quotidie ter cochlear majus optime repletum cum potu furfuraceo detur.

*Nota.* Cf. etiam Pulvis Vaccarum. Pag. 640.

## Lac rubrum.

*Blutmelken.*

Porrigantur doses mediae Natri sulfurici cum copia minima Ferri oxydati fusci et pabulum mucilaginosum.

Morbus ab Anemone nemorosa in pratis exoriri dicitur.

## Malum ischiadicum.

Ischias. Coxalgia. *Hüftlähme (Schwund).*

Pecudi quies concedatur et regio coxae cataplasmatibus calidis (e seminibus feni) per plures dies foveatur. Dein coxae infricetur: Linimentum camphorato-terebinthinatum. De hoc linimento vide, in pag. 855.

## Mictus cruentus. Haematuresis.

(*Bluthamen.*)

Pulvis contra haematuresin.

Rp. Vitrioli Martis 21,0
[1] Radicis Calami
— Imperatoriae
— Althaeae $\widehat{aa}$ 60,0.

M. f. pulvis. Divide in partes septem (7) aequales, ita ut pars unaquaeque contineat tria (3) Grammata Vitrioli Martis.

*Signa:* Quotidie mane, meridiano tempore et ad vesperam pulvis unus porrigatur.

Rp. Natri sulfurici 80,0
[2] Tartari depurati
Radicis Gentianae
— Rhaponticae
— Tormentillae $\widehat{aa}$ 20,0.

M. f. pulvis. Divide in partes quinque aequales, ita ut pars unaquaeque contineat quatuor (4) Grammata Tartari depurati. *Signa* ut supra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0869-9
DFG

Regio renum unguatur Spiritu camphorato et Tinctura Arnicae.

### Obstructio alvi.

*Leibesverstopfung.*

Pulvis laxans vaccarum.

Rp. Aloës 40,0
Tartari stibiati 5,0
Natri sulfurici dilapsi 500,0
Radicis Gentianae
Fructus Foeniculi ãa 40,0.

M. f. pulvis. Divide in partes quinque (5) aequales, ita ut pars unaquaeque contineat fere unum (1) Gramma Tartari stibiati.

*Signa:* Sexta quaque hora pulvis unus cum aqua commixtus detur. Saepius clysmata tepida, mixta paulo salis culinaris et olei lini applicantur.

Bolus s. Pilula laxans ad usum boum majorum.

Rp. Aloës 30,0
Calomelanos
Radicis Althaeae ãa 3,0
Aquae q. v.

M. f. bolus (pilula).

*Nota.* Vaccis minoribus pars dimidia vel duo trientes boli porrigantur.

### Ophthalmia catarrhalis.

Detur Electuarium nervinum temperans (pag. 852).

*Signa:* Sexta quaque hora quantitas magnitudinem Ovi gallinacei aequans porrigatur.

Collyrium.

Rp. Infusi Seminis Lini 200,0
Zinci sulfurici 1,3
Spiritus camphorati 2,0
Tincturae Opii 1,0.

Solve et misce.

### Pestilentia pulmonalis.

*Lungenseuche.*

Primo stadio morbi, tussi sicca mane et vesperi incidente, porrigatur per aliquot dies Electuarium prophylacticum, dein Liquor acidus Pessinae eadem ratione, quae in peste boum commendata est, ad bibendum praebeatur. Pecus aegrota a sanis semper separanda est.

### Pestis s. Typhus boum.

*Rinderpest.*

Remedia prophylactica.

Pulvis fumalis.

Rp. Asae foetidae depuratae
Corticis Cascarillae
Florum Pyrethri rosei ãa 50,0.

M. f. pulvis grossus.

Liquor acidus Pessinae.

Rp. Acidi muriat. crudi 4000,0
Aquae communis 2000,0
Ferri in filis vel clavis 10,0.

Mixta stent per duodecim horas et interdum agitentur. *Signa:* Acidum Pessinae.

*Usus*)*: Liquor in dolium ingestus decupla aquae quantitate diluatur. Hujus mixtionis cuique pecudi quotidie bis, mane et vespere, tantum aquae ad bibendum porrectae vel potui addatur, ut is saporis sit acidiusculi. Ingravescente periculo hic potus quater quotidie detur.

Pulveris antecedentis fumalis quotidie mane portiuncula pruna vel lapis candens conspergitur, quo stabulum fumo impleatur.

Quodsi qua pecus vultu vel tristiore vel truculento appareat, vel cibi aut

*) *Die Flüssigkeit aus der Flasche wird in einem Fasse mit der 10fachen Menge Wasser vermischt. Von dieser Mischung giebt man zweimal, nämlich Vormittags und Nachmittags, jedem Stück Vieh soviel unter das Saufwasser oder den Trank, dass dieser einen angenehm schwach säuerlichen Geschmack annimmt. 2 bis 3 Tassenköpfe auf 10 Liter Wasser werden ungefähr dazu ausreichen. Ist die Gefahr sehr nahe, so giebt man den Trank auch viermal am Tage.*

*Das Pulver dient zum Räuchern. Alle Tage des Morgens streut man davon einige Prisen auf glühende Kohlen oder einen glühenden Stein, welcher in einem eisernen Topfe liegt, und durchräuchert auf diese Weise die Räume des Stalles.*

*Sollte ein Stück Vieh ein trauriges Wesen annehmen oder sich wild umsehen, keine Fresslust zeigen, nicht gehörig wiederkäuen, so entferne man dasselbe alsbald von dem andern Vieh und verpflege es in einem abgesonderten Raume.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0870-0 DFG

ruminandi taedio capiatur, ea statim a grege separetur.

*Nota.* Hoc remedium non tam sanat, quam prophylacticum est, idque certissimum. Ad morbum sanandum saepe quidem adhibitum est, sed tanta et dosi et concentratione, ut plus nocuerit, quam profuerit. Pulvis ille fumalis etiam hoc habet utilitatis, ut muscas, per quas haud raro contagium morbi ad alia animalia transfertur, propulset. Conducit etiam pecudes panno, qui infuso aquoso ex Asa foetida et Cortice Cascarillae parato imbutus est, interdum fricare.

## Rhachiagra.

Acinesia regionis sacrae (ixyae).
*Kreuzlähme.*

Porrigatur electuarium infra notatum et regioni sacrae Linimentum camphorato-terebinthinatum infricetur. Electuarium est:

Rp. Aloës pulveratae 30,0
Nucum vomicarum pulv. 10,0
Radicis Arnicae
Florum Arnicae
Farinae secalis āā 60,0
Aquae q. s.

M. Fiat electuarium. *Signa:* Quina quaque hora quantitas magnitudinem ovi gallinacei aequans porrigatur.

Rhachiagram raro sanare poteris.

## Rheumatismus seu Claudicatio armi.

*Buglähme.*

Pecudi quies concedatur et humeris infricentur Linimentum hoc:

Linimentum camphorato-terebinthinatum.

Rp. Olei Rapar. raffinati 200,0
Liquoris Ammonii caust. 100,0.
Agitando optime mixtis adde
Olei Terebinthinae 50,0
Camphorae tritae 20,0.

## Scabies.

*Räude.*

Hic morbus aequali modo, qui in scabie equorum commendatus est, sanatur.

## Tympanitis s. Inflatio ruminis.

(*Blähsucht. Trommelsucht.*)

Liquor contra flatulentiam (acutam) pecudum et armentorum ruminantium.

Rp. Liquoris Ammonii caustici
[1] spirituosi
Liquoris Ammonii caustici aquosi āā 50,0
Tincturae Colchici 10,0
Tincturae aromaticae 5,0.

Misce.

*Signa:* Tantum liquoris, quanto cochlear unum fere repletur, 100pla vel 120pla quantitate aquae dilutum pecudi infundatur (vel 10,0 : 1000,0 aq.). Si opus est, eadem dosis repetatur.

Rp. Liquoris Ammonii caust. q. v.
[2] Detur et signetur ut supra.

Calcaria saccharata.

Rp. Calcariae hydricae siccae *P.* 1
[3] Sacchari albi grosso modo pulverati *P.* 4.

Misce conterendo et in lagenis bene obturatis serva. *Dosis:* 10,0 Grammata, ter repetita in hora una. Dentur cum aqua conquassata.

Potio ammoniacalis
*Ph. Belg.*

Rp. Aquae 1000,0
[1] Liq. Ammonii caustici 15,0.
M. *Ph. Belg. Dosis* pro armento.

Rp. Liq. Ammonii caustici 20,0
[2] Spiritus aetherei 5,0
Olei Petrae 1,0.

M. D. *Signa: Dosis* cum aquae 1000,0 miscenda.

Pulvis contra flatulentiam chronicam.

Rp. Radicis Calami
Fuliginis splendentis
Seminis Foeniculi
Radicis Tormentillae
Natri sulfurici āā 100,0
Magnesiae ustae 15,0.

M. f. pulvis.

*Signa:* Quotidie ter bina cochlearia majora (cum aqua tepida) porrigantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0871-6
DFG

### Pulvis saginatorius.

Pulvis ad saginandos boves et oves. *Thorley's Mastpulver. Poudre d'engrais de Thorley.*

Rp. Seminis Lini
[1] — Maïdis
— Rapae (Brassicae)
— Foenugraeci
Fructuum Ceratoniae
Furfuris Tritici $\widehat{aa}$ *P.*

M. f. pulvis grossior. Pretium kilogr. 100 ad markas 85 ascendit.

### Pulvis saginatorius pecorum.

*Fattening powder. Mastpulver.*

Rp. Seminis Rapae 400,0
— Maïdis
— Lini $\widehat{aa}$ 200,0
Farinae seminis Lini expressi
Furfuris Tritici
Furfuris Secalis $\widehat{aa}$ 1000,0
Salis culinaris 30,0
Fructus Anisi vulg. 170,0.

M. f. pulv. grossus.

---

In morbis

## Equi Caballi.

### Asthma (*Dämpfigkeit*).

Boli antasthmatici.

Rp. Liq. Ferri sesquichlorati 50,0
Acidi arsenicosi subt. pulv. 10,0
Fructus Anisi pulverati
— Foeniculi $\widehat{aa}$ 25,0
Herbae Hyoscyami 100,0
Farinae secalinae
Glycerinae $\widehat{aa}$ 50,0
Aquae communis q. s.

Misce fiant boli centum (100), fructu Anisi pulverato conspergendi. Caute dispensentur. *Dosis:* Primum (per dies quindecim) quotidie bolus unus, dein boli duo (mane et vesperi singuli), postremum boli tres.

### Bufo s. Rana (*Kröte, Frosch*).

Pasta caustica Plasse.

*Pâte caustique de Plasse. Krötensalbe.*

Rp. Aluminis usti pulv. 100,0
Acidi sulfurici crudi q. s.

Misce, ut fiat massa mellis spissitudinis. *Usus:* Stratu tenui bufo vel rana equi obtegitur. Antea filamenta cornea, quae solum ungulae muniunt, cura tollenda sunt, ne sanguis exsudet. Pasta tamdiu adhibeatur, donec crassitudo partis laborantis evanuerit.

### Pasta caustica bufonicida.

*Pâte caustique contre le crapaud Ph. Gall.*

Rp. Stibii chlorati q. v.
Acidi hydrochlorici q. s.

Misce, fiat Talcum addendo pasta mollis.

### Cancer ungulae.

*Strahlkrebs.*

Linimentum ad cancrum ungulae.

Rp. Arsenici albi 2,0.
Subtiliter contritis admisce.
Extracti Aloës 10,0
Acidi carbolici 15,0
Spiritus Vini rectf.
Aquae $\widehat{aa}$ 120,0.

Miscela caute dispensetur.

*Signa:* Stupa mixtione agitata imbuta in cavum ulceris aqua elotum ingeratur.

### Cariosum prominentiae colli posterioris (*Widerrist*).

Aqua styptica Villati. Conf. pag. 77.

### Colica spasmodica.

(*Kolik. Bauchgrimmen. Wurmbeissen.*)

Guttae antispasmodicae.

Rp. Aquae Chamomillae 250,0
[1] Tincturae Opii simplicis 5,0
Spiritus aetherei 2,5.

Misce. Hujus mixtionis quantitas quinque (5) Grammata Tincturae Opii continens accedente impetu colicae semel porrigatur.

Rp. Tincturae Asae foetidae 15,0
[2] Tincturae Arnicae 10,0
Tincturae Aloës 5,0
Tincturae Digitalis
Tincturae Opii simpl. $\widehat{aa}$ 4,0
Liquoris Ammonii caust. 2,0.

M. D. S. Quantitas hujus mixtionis quae duo (2) Grammata Liquoris Am-

monii caustici continet, diluta 20—30pla quantitate aquae, semel infundatur; ventri Oleum Pini infricetur.

Etiam electuarium Oleo animali foetido paratum adhibere potes.

Rp. Electuarii Theriacae
[3] Tincturae Asae foet. aa 15,0
Tincturae Opii simpl. 4,0
Aquae 50,0.

Solve et misce. Detur quantitas, quae quatuor (4) Grammata Tincturae Opii continet.

Si colica ex inflammatione intestinorum profecta est, quam celerrime venaesectio instituatur.

Potus anodynus s. leniens.
*Koliktrank. Breuvage calmant.*

Rp. Asae foetidae pulv.
Camphorae tritae aa 15,0
Aquae 15,0—20,0.

Contrita et ad pultem redacta misce cum
Aquae 1000,0.
Tum adde
Aetheris 15,0
et fortiter conquassa. Contra tormina (*Kolikschmerz*). Dosis una. Ante infusionem conquassatio fortis efficiatur. (*Ph. veter. Gall.*)

Potus leniens opiatus.
*Breuvage calmant opiacé. Kräftiger Koliktrank.*

Rp. Tincturae Opii crocat. 30,0
Aetheris 15,0
Aquae 1000,0.

Misce et agita. *Ph. veter. Gall. Dosis:* 200,0, equo parvo 100,0—150,0. Dosis altera post horam unam. Pro die dosis una vel doses duae. Si colica non cessat, inflammatio curanda est.

## Coryza s. Angina glandularis.
*(Druse und Kropf.)*

Pulvis ad coryzam.

Rp. Radicis Helenii
Seminis Foeniculi
Florum Sulfuris
Antimonii crudi aa 100,0
Baccarum Juniperi 200,0.

M. f. pulvis grossus. Cf. etiam Pulvis Equorum in pag. 624 et 625.

## Coryza lenta s. sicca.
*Stockende Druse.*

Electuarium ad coryzam lentam.

Rp. Galbani depurati
Ammoniaci depurati aa 40,0
Tartari stibiati 10,0
Ammonii muriatici
Sulfuris sublimati aa 60,0
Radicis Helenii
Baccarum Juniperi
Radicis Liquiritiae
Radicis Althaeae aa 80,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Venaesectione instituta quarta quaque hora electuarii quantitas magnitudinem ovi gallinacei exaequans porrigatur.

## Coryza purulenta.
Malandria.
*Bösartige Druse. (Milder Rotz.)*

Postquam quatuor vel quinque dies electuarium ad coryzam lentam praebitum est, fonticulo ad pectus applicato, hoc electuarium porrigatur:

Electuarium in coryza purulenta.

Rp. Herbae Conii 15,0
Foliorum Digitalis 30,0
Ferri sulfurici cryst. 40,0
Lichenis Islandici 200,0
Radicis Liquiritiae
Farinae secalinae aa 150,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Quarta quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei detur.

Contra coryzam purulentam Strychninum arsenicosum laudatur. (Confer idem et coryzam perniciosam.)

## Coryza perniciosa s. malandria s. acuta.
*Rotz. Rotzkrankheit. Morve du cheval.*

Arsenites Strychnini contra malandriam (*morve, Rotz*) a professore scholae veterinariae *Chiappero* valde laudatur. Conf. pag. 722.

Rp. Strychnini arsenicosi 10,0
Farinae triticeae 50,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0873-7
DFG

Glycerinae 20,0
Aquae destill. q. s.

Misce. Fiant pilulae centum (100). Pulvere carbonis nigri consp. *Dosis:* Pilulae duo (2) ter per diem. Post dies tres pilulae tres (3) ter per diem. Post dies octo pilulae quatuor (4) ter per diem; post dies duodecim pilulae quinque (5), post dies sedecim pilulae sex ter per diem etc., donec dosis ad pilulas duodecim succreverit.

*Nota!* In Germania equos malandria correptos ordine civili occidunt et cadavera in terram infodiunt.

Strychninum arsenicosum.
Arsenites Strychninae.

Hoc sal rarius in promptu. Ex tempore hoc modo paratur:

Rp. Strychnini puri 2,0
Acidi arsenicosi 2,1.

In pulverem subtilem conterendo redactis adde

Spiritus Vini diluti 5,0

et loco calido (35—40° C.) interdum terendo sepone. Massa sicca pulverea adhuc bis hoc modo tractetur, tum denuo conterendo in pulverem subtilem redacta caute in lagenis clausis servetur. *Dosis* pro equo 0,1—0,2—0,4, *dosis max.* de die 2,0.

## Dysuria.

Lotium substillum.
*Harnfluss oder kalte Pisse.*

Electuarium contra dysuriam.

Rp. Natri sulfurici 100,0
[1] Kali nitrici 30,0
Aloës
Radicis Tormentillae
Herbae Hyoscyami aa 10,0
Radicis Althaeae 200,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.
*Signa:* Quarta quaque hora quantitas magnitudine unius ovi gallinacei porrigatur.

Rp. Nucum vomicarum 2,5
[2] Aloës 5,0
Natri sulfurici 250,0
Kali nitrici 100,0
Radicis Tormentillae 80,0
Farinae secalinae 250,0
Lactis vaccini q. s.

M. f. electuarium. *Signa* ut supra.

Electuarium diureticum.

Rp. Olei Terebinthinae 40,0
Baccarum Juniperi 100,0
Kali sulfurici 250,0
Farinae secalinae 200,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.
*Signa:* Tertia vel quarta quaque hora quantitas magnitudine duorum ovorum gallinaceorum porrigatur.

## Diabetes.

(*Lauterstall.*)

Rp. Ferri sulfurici 20,0
Nucum vomic. 15,0
Aloës 30,0
Florum Arnicae 50,0
Herbae Trifolii 120,0
Radicis Althaeae 50,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.
*Usus:* Quantitas electuarii, quae quindecim (15) Grammata Nucum vomicarum continet, quatriduo consumatur. Doses quater quinquiesve per diem. *Dosis* singula magnitudine ovi columbini.

## Diarrhoea et Dysenteria.

(*Durchfall.*)

Rp. Nucum vomicarum 10,0
[1] Radicis Tormentillae
— Gentianae aa 100,0
— Asari
Florum Arnicae aa 50,0
Magnesiae albae 25,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.
*Signa:* Tertia quaque hora electuarii quantitas magnitudine ovi gallinacei parvi porrigatur.

Rp. Radicis Valerianae
[2] Radicis Tormentillae
Seminis Anisi aa 100,0
Nucum vomicarum
Opii aa 5,0
Radicis Liquiritiae 50,0.

M. f. pulv. Dentur mane et vesperi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0874-3
DFG

quadraginta (40) Grammata cum cerevisia tenui.

## Helminthiasis.

(*Würmer.*)

Electuarium vermifugum.

Rp. Radicis Valerianae
[1] Herbae Absinthii aa 50,0
Ferri sulfurici cryst.
Olei Terebinthinae aa 12,5
Olei animalis foetidi 50,0
Farinae secalinae 100,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Tertia quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei minoris detur.

Rp. Radicis Valerianae
[2] Herbae Absinthii aa 50,0
Olei animalis foet. 30,0
Ferri sulfurici cryst.
Nucum vomicarum pulv.
Petrolei
Aloës aa 5,0
Farinae secalinae 100,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa* ut supra.

Rp. Ferri sulfurici cryst. 25,0
[3] Olei animalis foetidi
Petrolei aa 12,5
Radicis Gentianae
Radicis Valerianae aa 15,0
Farinae secalinae 150,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa* ut supra.

Potus vermifugus.

Rp. Olei Terebinthinae 30,0
Vitella ovorum trium
Mellis crudi 200,0
Aquae purae 800,0
Aquae vitae 200,0.

M. f. emulsum. *Dosis:* 400,0—600,0 bis terve pro die.

Pulvis vermifugus.

Rp. Florum Cinae 50,0
Aloës 25,0
Ferri sulfurici cryst.
Nucum vomicarum aa 5,0.

M. f. pulvis grossus. Divide in partes aequales quatuor, ita ut dosis una Nucum vomicarum 1,25 Grammata contineat.

*Signa:* Mane et vespere dosis una cum aqua mixta infundatur.

## Inflammatio cerebri.

Encephalitis. Phrenitis. (*Rasender Koller.*)

Rp. Kali nitrici 100,0
Kali sulfurici 300,0
Aloës
Tartari stibiati aa 20,0
Radicis Althaeae
Radicis Liquiritiae aa 100,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Venaesectione instituta altera quaque hora dosis ad modum ovi gallinacei subjiciatur. Lateribus capitis (caute!) et pectori haec mixtio oleosa sequens infricetur:

Rp. Olei Terebinthinae 60,0
Olei Sinapis aeth. 2,0.

Electuarium ad vesaniam.

*Gegen Dummkoller.*

Rp. Florum Arnicae
Radicis Belladonnae aa 50,0
Aloës 40,0
Calomelanos 12,5
Radicis Althaeae 100,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Altera vel tertia quaque hora quantitas magnitudinem ovi gallinacei exaequans porrigatur.

## Inflammatio intestinorum.

Gasteritis. Enteritis. Peritonitis. (*Magenentzündung. Darmentzündung. Bauchfellentzündung.*)

Rp. Kali nitrici 50,0
Kali sulfurici 200,0
Herbae Hyoscyami 50,0
Aloës 25,0
Radicis Althaeae 150,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Venaesectione instituta et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0875-9
DFG

clysmatis mucilaginosis injectis altera quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei porrigatur.

### Inflammatio pulmonum.

(Pleuritis. Pneumonia. *Lungenentzündung. Brustentzündung.*)

Rp. Ammonii muriatici 25,0
[1] Kali nitrici
Radicis Liquiritiae
Radicis Althaeae
Seminis Foeniculi
Seminis Anisi aa 50,0
Herbae Hyoscyami 30,0
Natri sulfurici 200,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Venaesectione instituta, singulis horis bolus magnitudine ovi gallinacei porrigatur.

Rp. Tartari stibiati 20,0
[2] Seminis Anisi
Herbae Hyoscyami aa 50,0
Foliorum Digitalis 15,0
Kali sulfurici 400,0
Radicis Althaeae 200,0
Aquae q. s.

M. f. electuarium. *Signa* ut supra.

### Ischuria (*Harnzwang*).

Guttae ad Ischuriam.

Rp. Tincturae Digitalis 10,0
Tincturae Opii 5,0
Olei Juniperi bacc. 1,5
Spiritus V. rectf. 8,5.

Misce. Dosis sint 25 Grammata. Haec dosis cum aquae litra dimidia optime conquassata equo una infundatur. Ventri et regioni vesicali Oleum Pini infricetur.

Boli diuretici equorum.

*Piss-bols.*

Rp. Saponis
Picis albae aa 100,0
Kali nitrici
Kali carbonici aa 25,0
Olei Juniperi 10,0
Radicis Liquiritiae 75,0.

Misce. Fiant boli septem (7). Boli singuli mane et vesperi vel ter pro die.

### Laesio prominentiae colli posterioris.

(*Satteldruck. Widerristschaden.*)

Remedia: Unguentum laurinum vel nervinum, vel mixtio Unguenti Cerussae cum Unguento nervino. Lapis medicamentosus Knaupii aquae decupla copia solutus. Aqua styptica Villati.

### Liquor adstringens vulnerarius.

Rp. Liq. Ferri sesquichlorati 10,0
Aluminii sulfurici 5,0
Acidi benzoïci crystallisatione parati 1,5
Aquae communis 150,0.

Misce conquassando. Linteum liquore madefactum bis die uno vulneri imponitur.

### Morbus farciminosus.

(*Hautwurm.*)

Rp. Antimonii crudi
Baccarum Juniperi aa 100,0
Radicis Gentianae
Radicis Tormentillae aa 25,0
Herbae Conii maculati
Aloës aa 10,0
Olei Terebinthinae
Farinae secalinae aa 20,0.
Aquae q. s.

M. f. electuarium.

*Signa:* Quarta quaque hora electuarii quantitas magnitudinem duorum ovorum gallinaceorum exaequans porrigatur.

Ulceribus applicetur haec pasta:

Unguentum resolutivum Gerardi.

*Onguent fondant Gerard. Ph. veter. Gall.*

Rp. Hydrarg. bichlorati corr. 3,0
Terebinthinae laricinae 36,0.

Misce conterendo. *Usus:* Ad resolutionem adenophymatum, tuberum recentium ex humoribus corruptis, ulcusculorum pituitariorum (*Wurm, Hautrotzbeulen* (*Cordes farcineuses recentes*), tumorum chronicorum. Morbus farciminosus.

Pasta arsenicata.

Rp. Arsenici albi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0876-5 DFG

Radicis Consolidae
Aluminis āā 20,0
Aquae q. s.
M. f. pasta.

### Obstructio alvi.
*(Leibesverstopfung.)*

Bolus laxativus.
Pilula laxativa ad equos.

Rp. Aloës 25,0
[1] Calomelanos
Radicis Althaeae āā 3,3
Glycerinae 10,0
Aquae q. s.
M. f. bolus, qui Lycopodio conspergatur.

Bolus purgativus.

Rp. Aloës 25,0
[2] Fruct. Colocynth. pulv. 2,0
Saponis domestici pulv. 10,0
Aquae q. s.
M. f. boli duo Amylo conspergendi.
*Dosis:* bolus unus. (*Ph. veter. Gall.*)

### Ophthalmia.
*(Augenkrankheit.)*

Aqua contra pannum oculi.

Rp. Infusi Florum Arnicae
Infusi Flor. Chamomillae āā 100,0.
In mixtis solve
Zinci sulfurici 2,0.
*Signa:* Liquor tepidus ad lotiones adhibeatur.

Unguentum ophthalmicum equorum.

Rp. Unguenti Cerussae camphorati q. v.
[1] Detur.

Rp. Unguenti Hydrargyri rubri
[2] — Zinci āā 25,0
Opii pulv. 0,3
Camphorae 0,15.
M. l. a.

### Paralysis lumbalis.
*(Kreuz- und Lendenlähmung.)*

Rp. Florum Arnicae
[1] Radicis Calami
Radicis Asari āā 100,0
Olei Pini 25,0
Radicis Althaeae 100,0
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
*Signa:* Tertia quaque hora electuarii hujus quantitas magnitudinem duorum ovorum gallinaceorum exaequans porrigatur.
Tergum et regio lumbali desfricetur aut Linimento ammoniato-camphorato, aut Linimento camphorato-terebinthinato, aut hac mixtione bene agitata:

Rp. Strychnini nitrici 1,0
[2] Olei Petrae 25,0
Spiritus Vini rectfss. 150,0.
Solve et misce.

### Paronychia serosa.
*(Equine. Mauke.)*

Rp. Aluminis crudi 20,0
[1] Cupri sulfurici 60,0.
Solve in
Aquae 400,0.
Tum admisce
Tincturae Aloës 20,0.
*Signa:* Externum.

Rp. Aquae vulnerariae vinos.
[2] Tincturae Arnicae
Tincturae Aloës āā 100,0
Acidi carbolici depur. 5,0.
M. Mixtio haec cataplasmati mucilaginoso admiscetur.

Rp. Olei Terebinthinae 5,0
[3] Acidi carbolici dep. 30,0
Aquae tepidae 600,0
Spiritus Vini rectfss.
Tincturae Aloës āā 50,0.
Misce conquassando. Signa ut antea.

### Pruritus in collo et radice caudae.
*(Jucken an Hals und Schwanz.)*

Rp. Aceti scillitici q. s.
Ad lotiones.

### Rheumatismus acutus.
*(Verschlagen. Verfangen.)*

Rp. Kali nitrici
Kali sulfurici āā 100,0

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0877-1
DFG

Tartari stibiati 15,0
Radicis Liquiritiae
Radicis Althaeae āā 70,0
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
*Signa:* Altera quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei porrigatur.

Electuarium contra rheumatismum chronicum.

Rp. Florum Arnicae 100,0
Aloës
Camphorae āā 7,5
Radicis Calami 75,0
Sulfuris sublimati 25,0
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
*Signa:* Tertia quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei porrigatur.

### Scabies.

(*Räude.*)

Rp. Acidi carbolici crudi 10,0
[1] Olei Raparum 200,0
Olei animalis foetidi
Petrolei āā 100,0.
M. Mixtio agitata semel quotidie infricetur. Flamma ne appropinquetur.

Rp. Tincturae Aloës
[2] Acidi carbolici depur. āā 10,0
Olei Raparum 200,0
Benzinae petrol. 100,0.
M. *Usus* ut supra.

### Scrophulae.

(Adenitis. *Drüsengeschwülste.*)

Rp. Olei Terebinthinae 50,0
Linimenti ammon. camphorati 200,0.
Misce. Ad infricandum.

### Tumor poplitis.

(*Spath.*)

Unguentum Ernesti.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 5,0
[1] Carbonis ossium 2,0.
Exacte contritis admisce
Kalii jodati 6,0
aspergendo guttulas nonnullas
Aquae destillatae.
Tum immisceantur
Unguenti Cantharidum 80,0.
D. S. *Salbe gegen Spath.*

Unguentum contra poplitidem.

(*Spathsalbe.*)

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 5,0
[2] Exacte contritis admisce
Unguenti Cantharidum 40,0.

*Stevens ointment.*

Rp. Unguenti cerei 40,0
[3] Hydrargyri bijodati rubri 10,0.
Misce.

### Ungula morbosa.

Lotio contra tumores lividos ungularum.

*Waschung gegen Steingallen.*

Rp. Ammonii chlorati 20,0
Acidi muriatici crudi 10,0
Aquae 600,0.
M. et solve.

### Tinctura vulneraria ad fissuras unguis equi.

*Wundessenz bei Hornspalt.*

Rp. Tincturae Aloës
Olei Petrae
Olei Terebinthinae
Balsami Copaivae āā 20,0
Acidi nitrici crudi 2,0.
Misce conquassando. Fissurae ope penicilli tinctura illinantur.

Unguentum ad ungulam.

Rp. Unguenti basilici 50,0
Sebi taurini
Cerae flavae
Balsami Copaivae āā 25,0.
Misce leni calore.

*Onguent de pied Ph. veter. Gall.*

Rp. Cerae flavae
Axungiae Porci
Terebinthinae Gallicae
Olei Olivae
Picis liquidae āā *P.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0878-7
DFG

Calore modico colliquatae agitentur, donec refrixerint.

Lutum ad ungulam.
*Hufkitt.*

Rp. Guttae Perchae minutim concisae *P.* 20
Gummi-resinae Ammoniaci *P.* 10
Terebinthinae communis *P.* 5.
Igni modico liquefactae misceantur.

## Varia.

Unguentum acerrimum.

Rp. Cantharidum
Euphorbii aa 10,0
Tartari stibiati 2,5.
Pulveratis admisce
Unguenti basilici 60,0.

Emplastrum acre.
*Pflaster gegen Piephacken.*

Rp. Cantharidum pulv.
Euphorbii pulv. aa 20,0
Picis nigrae 50,0
Picis albae 100,0.
Liquando commisceantur.

Unguentum acre
*Hufsalbe.*

Rp. Cerae flavae 15,0
Colophonii 30,0
Terebinthinae comm. 60,0.
Colliquatis admisce
Cantharidum subt. pulv. 5,0
Euphorbii subt. pulv. 10,0.
Cf. etiam Ungt. acerrimum pag. 809.

---

In morbis
**Ovis**
(Ovis Arietis Caprae).

## Chlorosis.
(*Fäule.*)

Pulvis contra chlorosin ovium.
(Remedium et prophylacticum.)

Rp. Boli rubrae
[1] Capitis mortui
Natri sulfurici aa 200,0
Florum Sulfuris 15,0
Herbae Absinthii
Baccarum Juniperi aa 50,0.
M. f. pulvis. *Dosis* aequalis est quindecim (15) Grammatis.
*Signa*: Quotidie ovi unicuique dosis una cum aqua detur.

Rp. Fuliginis splendentis
[2] Capitis mortui aa 200,0
Ferri sulfurici 50,0
Natri sulfurici
Herbae Absinthii
Baccarum Juniperi aa 400,0
Olei Pini 50,0.
M. f. pulvis. Dosis et signatura ut supra.
*Nota.* Folia Populi ad cibum porrigantur.

Rp. Ferri sulfurici 50,0
[3] Baccarum Juniperi 300,0
Fuliginis splendentis 150,0
Herbae Absinthii 200,0
Salis culinaris 300,0
Olei Terebinthinae (Pini) 40,0.
M. f. pulvis. *Signa* ut supra.
*Nota.* Hic pulvis efficacissimus est.

## Fluxus cruentus.
(*Rückenblut.*)

Rp. Capitis mortui
Kali nitrici aa 50,0
Natri sulfurici 150,0
Radicis Calami
Herbae Absinthii
Radicis Tormentillae aa 15,0
Salis culinaris 100,0.
M. f. pulvis. Dosis aequalis est quindecim (15) Grammatis.
*Signa*: Mane et vespere dosis una porrigatur.
*Nota.* Conf. Pulvis contra fluxum cruentum boum (pag. 852). Plerumque hic morbus cum chlorosi conjunctus est, quare remedia contra illam indicata etiam ad fluxum cruentum adhiberi possunt.

## Mictus cruentus.
(*Bluthamen.*)

Hic morbus iisdem remediis sanatur, quae bubus porriguntur. Ad linctum apponatur Liquor acidus ferratus Pessinae (pag. 854) aqua valde dilutus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0879-5

## Pestis exungulans.

Claudicatio epizootica. *Klauenseuche.*)

Sanatio morbi ovium eadem est, quae boum, quam vide (pag. 852). Remediorum quantitates minores porrigantur.

## Morbus stomatico-ungulareus.

(*Maul- und Klauenseuche.*)

Confer: Remedium internum et externum (bovis tauri) pag. 851.

## Scabies s. Psora.

(*Räude. Gale. Scab.*)

### Aqua carbolica seu phenylica lenis.

Rp. Acidi carbolici 2,0
Aquae fluviat. 1000,0.

Misce. *Usus*: Ovis in liquorem per aliquot momenta immergatur, ut ictus ixodium reduviorum (*Zecken*, *tiques*) debilitentur.

### Balneum arsenicale (Trasbot).

Rp. Acidi arsenicosi (Arsenici albi)
[1] 1000,0
Zinci sulfurici crudi 5000,0
Aloës 500,0
Aquae litras 100—120.

Quaque substantia in aquae q. s. soluta, solutiones confundantur. Balneum ovium centenarum (100) porriginosarum s. scabiosarum.

Spatium balnei minutam horae aequet.

Dermatodectes ovis est causa hujus scabiei. Ante balneum lana detondeatur. Oves scabiosae ab ovibus sanis separandae sunt.

Balneum arsenicale Clément hoc balneum aequat.

Inter balneum *cave*, ne oculi ovis liquore humectentur.

### Balneum arsenicale *Tessier*.

In pagina 92 notatum.

### Linimentum contra scabiem ovium generosarum denarum (10).

Rp. Acidi carbolici depur. 100,0
[2] Saponis domestici
Aloës pulveratae
Boracis āā 50,0.

Solutis in
Aquae 5000,0 et
Spiritus Vini 500,0
admisce conquassando
Olei Terebinthinae 50,0
Alcoholis amylici 25,0.

### Liquor ad lavandum.

Rp. Ammonii muriatici 50,0
[3] Kali carbonici crudi 100,0
Calcariae hydratae
Olei animalis foetidi āā 12,5
Petrolei
Picis liquidae āā 25,0
Aquae 600,0.

Lege artis mixta optime agitentur. *Signa:* Hic liquor, dilutus octuplo aquae, ope scoparum setacearum infricetur. Haec operatio die quarto repetatur.

### Lixivium Walzii.

Rp. Calcariae ustae 50,0.
[4] Inspergantur
Aquae 25,0,
ut dilabantur. Dein aquae q. s. ad pultem efficiendam mixtis adde
Kali carbonici crudi 100,0
Olei animalis foetidi 200,0
Petrolei Americani 25,0
Picis liquidae 50,0.
Mixtione peracta massa diluatur
Urinae bovinae 2500,0 et
Aquae fluvialis 10000,0
(Litris 10).

Ad balnea. Cave ne liquor oculos ovium humectet. Die sexto quoque balneum repetendum est.

### Lixivium Walzii concentratum.

Rp. Natri carb. crud. cryst. 250,0.
[5] Solve
Aquae tepidae 500,0.
Tum admisce
Anilini crudi 20,0
Acidi carbolici crudi 100,0
Glycerinae crudae 100,0
Ammonii hydrochlorici 60,0
Aquae q. s.,
ut mixtura sit ponderis 1000,0 Gm.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0880-5 DFG

Ad usum liquor litris duodecim aquae diluatur.

Sapo antiscabiosus.

[6] Sapo petroleolatus. Conf. pag. 673.

Unguentum contra scabiem ovium.

Rp. Adipis suilli 60,0
[7] Petrolei 50,0
Acidi carbolici 5,0.
Misce.

**Taenia** *(Bandwurmseuche).*

Ad linctum (ovium 100—120) apponatur mixtio haec in aqua soluta:

Rp. Asae foetidae pulv. 25,0
Ferri sulfurici 50,0
Fructus Anisi 100,0
Salis culinaris 600,0.
M. f. pulvis grossus.

Tertio quoque die ovi cuique porrigantur cum aqua commixta
Florum Brayerae anthelminthicae (flor. Kusso) 4,0 vel 5,0 vel 6,0.

**Tympanitis.**
*Blähsucht.*

Remedia, quae contra tympanitin boum indicata sunt, ad eundem morbum ovium parva dosi adhibentur.

In morbis
**Canis.**

**Lues canina. Febris nervosa.**
*(Hundeseuche. Staupe.)*

Rp. Tartari stibiati *P.* 1
[1] Radicis Ipecacuanhae *P.* 20.
M. f. pulvis.

*Signa:* Emeticum. *Dosis* 1—2—3—4 Grammatum pro magnitudine canum quotidie (per tres dies) porrigatur. Tum per aliquot dies pilulae singulae hujus praecepti dentur:

Pilulae Canum.
*Hundepillen.*

Rp. Radicis Valerianae
[2] Florum Sulfuris
Radicis Jalapae aa 20,0
— Hellebori viridis 5,0
— Althaeae 10,0
Aquae q. s.

M. f. pilulae ponderis circiter 1,0 et 2,0 Grammatum. Contusae et cum lacte mixtae porrigantur, canibus parvis pilula minor, canibus majoribus pilula major.

Pulvis contra luem caninam.
Remedium optimum!
*Hundestaupepulver.*

Rp. Conchinini tannici 25,0
Magnesiae subcarbonic. 2,0
Sacchari albi
Carnis siccati aa 50,0.

Misce, fiat pulvis. Divide in partes aequales quinquaginta (50).

*Dosis:* Cani magno per diem pulveres tres, cani parvo per diem tres pulveres dimidii, cani magnitudinis mediae per diem pulveres duo cum lacte dulci diluto mixti praebendi sunt per dies tres vel quatuor.

Bacilla contra luem caninam.
*Staupebacillen.*

Rp. Conchinini tannici 50,0
Magnes. subcarbonic. 5,0
Carnis siccati pulv.
Sacchari albi ana 120,0
Tragacanthae 6,0
Glycerinae 40,0
Aquae destill. q. s.

M. fiat pasta, ex qua forma bacillula centum (100). In vitro dense clauso serventur.

*Dosis:* Cani majori per diem tres ad quatuor bacillula, cani parvo per diem quatuor bacillula dimidia, cani magnetudinis mediae per diem bacillula duo dentur.

**Epilepsia.**
Morbus caducus. *Fallende Sucht.*

Pilulae canum
contra epilepsiam et luem.

Rp. Opii puri 0,45
[1] Ammonii carb. pyro-oleosi
Camphorae aa 2,0
Radicis Valerianae 20,0
Saponis albi et
Aquae q. s.

M. f. pilulae triginta (30), quarum singulae contineant 0,015 Grammatis Opii.

*Dosis:* ad usum canum majorum pilulae duae, ad usum canum minorum pilula una mane et vespere.

Rp. Zinci oxydati 5,0
[2] Florum Sulfuris
Radicis Jalapae ãa 20,0
Radicis Hellebori viridis 5,0
Extracti Chamomillae q. s.
M. f. pilulae 240 vel 300.
*Dosis:* Quotidie quater pilula una major canibus majoribus, minor minoribus detur.

Pilulae vermifugae.

Rp. Santonini
Calomelanos ãa 0,5
Rhizomatis Filicis
Syrupi communis q. s.
Misce, fiant pilulae quindecim (15).
*Dosis:* Cani minori trihorio, cani majori bihorio pilula una.

Potio vermifuga.

Rp. Corticis Rad. Granati 15,0
Aquae 150,0.
Coque per horae quadrantem. Colaturae admisce
Mellis 30,0.
*Dosis:* Singulis horis unum vel duo cochlearia.

### **Scabies** *(Räude)*

Linimentum contra scabiem.

Rp. Balsami Peruviani 5,0
Tincturae Benzoës 20,0
Acidi carbolici puri 10,0.
Conquassando mixtis adde liquorem solvendo conquassandoque paratum e
Boracis pulv. 5,0
Benzinae 20,0
Glycerinae 50,0
Aquae communis 250,0.
*Usus:* Loco cutis morbido haec mixtura bene agitata semel quotidie infricetur.
Loco Balsami Peruviani Styracis liquidi 10,0 sumere licet.

### **Spasma** *(Krampf).*

Pilulae antispasticae canum majorum.

Rp. Zinci oxydati albi
Aloës ãa 5,0
Nucum vomicarum 3,0
Radicis Valerianae 5,0
Fellis Tauri inspissati 10,0
Radicis Liquiritiae q. s.
M. f. pilulae 100, quarum singulae contineant 3 Centigrammata Nucum vomicarum.
*Signa:* Quarta quaque hora pilula una.

### **Taenia** *(Bandwurm).*

Bacillula contra taeniam canum.

Rp. Cupri oxydati usti 5,0
Cretae pulv. 2,5
Boli albae laevig. 2,5
Aquae q. s.
M. f. massa plastica, ex qua formentur bacillula centum (100). *Dosis:* Cani minori bacillulum unum, majori bacillula duo carne involuta quotidie per dies quindecim. Cibaria acidula devitanda!

---

In morbis

## **Suis scrofae.**

### **Angina** *(Bräune).*

Pulvis contra anginam.

Rp. Antimonii crudi 20,0
[1] Sulfuris sublimati 30,0
Kali nitrici 40,0
Kali sulfurici 60,0
Herbae Conii pulv. 10,0.
M. f. pulvis.
*Signa:* Detractione sanguinis ad caudam vel ad aures instituta et emetico adhibito, quotidie ter dosis 10—15—20 Grammatum detur. Collo Linimentum camphorato-ammoniacatum infricetur: Emeticum hoc est:

Emeticum.

Rp. Tartari stibiati 0,2 vel 0,3
[2] Radicis Hellebori albi 1,5 vel 2,0.
M. f. pulvis.
*Dosis* ad usum suis majoris aequalis est 2,3 Grammatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0882-7 DFG

### Febris erysipelacea.

*Feu de Saint-Antoine. Rothlauf der Schweine.*

Pulvis anterythematicus.
Pulvis antifebrinus. *Rothlauf-Schweinepulver.*

Rp. Conchinini tannici 15,0
Kali nitrici 20,0
Kali sulfurici 15,0
Magnesiae subcarbonic. 2,0
Sacchari albi 50,0.

M. f. pulvis. Divide in partes aquales quindecim (15). D. S. Pulvis unus cum aquae vel lactis dulcis, aqua diluti 150,0—200,0 commixtus fortiter conquassatus et in lagenam collo 8—10 ctm. longo munitam ingestus sui per fauces infundatur
sui magno bihorio per horas 12—16
sui magnitudinis mediae trihorio
sui minori quavis quarta hora
sui minimo pulvis dimidius bi — trihorio.

Si sus aquam potat, pulvis in potu cum lacte dulci commixtus detur. Potus acidus vel acidulus devitetur, qui saporem amarum efficit.

Pulveres semper in promptu sint, ut statim sui morbo affecto pulvis detur et status morbi (acme) deducatur. Hic morbus plerumque aestate ingruit. Sus aegrotus statim a suibus validis separandus est et corpus ejus aqua carbolisata frigida, cum aceto commixta saepius lavetur.

Hic pulvis suibus semper infundatur, si corpus eorum manu contactum aestum magnum indicat!!

### Grandines s. Pinnae *(Finnen)*.

Rp. Capitis mortui q. v.

*Signa:* Quotidie pulveris tantum, quanto cuspis una vel duae cultri obteguntur, in pabulum injiciantur (Prophylacticum).

### Tentigo.

(*Geilheit. Ranschen.* Sues surientes.)

Rp. Antimonii crudi 50,0
Kali nitrici
Capitis mortui aa 20,0.

M. f. pulvis.

*Signa:* Hujus pulveris tantum, quanto cuspis cultri majoris obtegitur, pabulo cuilibet injiciatur.

### Variolae *(Pocken)*.

Pulvis ad lambendum.
*Pockenlecke.*

Rp. Natri nitrici 50,0
Kali nitrici 10,0
Natri sulfurici 100,0
Radicis Liquiritiae 50,0.

In pulverem grossum redactis immisce

Acidi carbolici dep. 2,0

soluta in

Spiritus Vini rectfss. 20,0.

*Dosis:* Sui majori ter die uno cochlear pulvere repletum. Variolae, quae sunt malignae et purulentae sequenti linimento illinantur:

Linimentum
ad variolas purulentas.
*Pockensalbe für Schweine.*

Rp. Olei Lini 30,0
Vitellum ovi gallinacei unius
Acidi carbolici dep. *Gutt.* 20.

Misce exacte, ut fiat linimentum aequabile.

### Verminatio *(Würmer)*.

Rp. Aloës 10,0
Nucum vomicarum 5,0
Capitis mortui 50,0
Radicis Liquiritiae 60,0.

M. f. pulvis.

*Signa:* Ad usum majorum suum cuilibet pabulo tantum pulveris admisceatur, quantum cuspide cultri tegitur.

### Praecepta magistralia varia.

Acetum arsenicosum.

Rp. Acidi arsenicosi 2,0
Kali carbonici
Aquae destill. aa 1,0.

Solutionem coquendo effectam misce cum

Aceti crudi 120,0
Aquae destill. 30,0.

Emplastrum
Cantharidum pro usu veterinario.

Rp. Colophonii
Terebinthinae aa *P.* 6.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0883-3
DFG

Colliquatis et semirefrigeratis immisce

Cantharidum pulv. *P.* 3
Euphorbii pulv. *P.* 1

antea conterendo commixtas. Sit emplastrum durum. *Ph. Germ.*

Emplastrum adhaevisum Lundi.

Rp. Terebinthinae communis
Picis navalis $\widehat{aa}$ 20,0.

Liquando misceantur.

Linimentum plumbicum.

Rp. Aceti plumbici 20,0
Olei Olivarum 80,0.

Misce.

Linimentum restaurans.
*Restitutions-Fluid.*

Rp. Tincturae Capsici annui 50,0
Spiritus camphorati
Liquoris Ammonii caustici
Spiritus Vini rectf.
Spiritus aetherei $\widehat{aa}$ 100,0.

Mixtis adde

Salis culinaris 50,0

soluta

Aquae communis 400,0.

Oleum Cantharidum compositum Blisteri.

Rp. Cantharidum pulv. 20,0
Euphorbii pulv. 10,0
Olei Lini 250,0
Olei Terebinthinae 50,0.

Digere et serva. Liquor agitatus dispensetur.

Tinctura Babolna.
*Babolner Krebstinktur.*

Rp. Acidi arsenicosi 1,0
Kali caustici fusi
Aloës $\widehat{aa}$ 10,0
Aquae destill. 200,0.

Digere et filtra.

### Ad expellendas secundas post partum.

*Beförderung der Nachgeburt.*

Electuarium Theriaca cum cerevisia tepefacta solutum. *Dosis:* Vaccae vel equae Grammata 30,0 vel 45,0, ovi grammata 12,0 vel 15,0, porcae Grammata 10,0 vel 12,0.

## Pharmacopoea veterinaria Codicis medicamentarii Franco-Gallici (1884).

Praecepta electa.

### Aqua phagedaenica.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 3,2
Aquae Calcariae 1000,0.

Sal mercuriale contritum agitando cum aqua hac commisceatur.

### Aqua Rabelii

*Eau de Rabel.*

Conf. Elixir acidum, pa. 222, praeceptum *Ph. Gall*

### Balneum arsenicale

(*Trasbot*).

Praeceptum in pag. 864 invenis. Contra scabiem.

### Bolus purgativus.

Bolus aloëticus equarius. *Bol purgatif pour les chevaux.*

Rp. Aloës 25,0
Fruct. Colocynth. pulv. 2,0
Saponis nigri q. s.

Misce. Fiat bolus.

### Collyrium cum Argento nitrico.

*Collyre à l'Azotate d'Argent.*

Rp. Argenti nitrici 0,1
Tinct. Opii crocat. 1,0
Aquae Rosae 125,0.

Solve et misce (Granulatio conjunctivae).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0884-9 DFG

**Collyrium antophthalmiticum.**

Rp. Atropini sulfurici 0,1
Zinci sulfurici crystallisati puri 0,5
Aquae Rosae 125,0.

Solve et misce.

**Electuarium expectorans s. demulcens.**

Rp. Stibii sulfurati rubei (via sicca parati) 8,0
Extracti Belladonnae 4,0
Radicis Liquirit. pulv. q. s.
Mellis q. s.

Sulfuretum cum extracto et ea copia mellis misce, ut fiat pasta mollior, cui pulvis Liquiritiae addatur, ut electuarium molle efficiatur. (Pondus electuarii circiter 100,0 expleat.)

**Electuarium leniens.**

*Electuaire adoucissant.*

Rp. Pulv. rad. Liquiritiae
Pulv. rad. Althaeae aa *P.*
Mellis q. s.

Misce.

**Elixir paregoricum**

*Lebas.*

*Elixir calmant de Lebas.*

Rp. Corticis Aurantii amari
Radicis Gentianae
Radicis Rhei
Aloës aa 20,0
Croci concisi 5,0
Electuarii Theriaci
Extr. Papav. albi aa 30,0
Aetheris (p. sp. 0,735) 60,0
Spiritus Vini (60 %) 640,0.

Macerando in Spiritu fiat extractio, in quo Spiritu extractum et electuarium antea soluta fuerint. Liquori exprimendo collecto Aether addatur. In lagena dense obturata servetur.

**Emplastrum commune s. ordinarium.**

*Charge commune.*

Rp. Picis nigrae
Resinae Pini aa *P.*

Modico calore liquefactae misceantur.

**Emplastrum convulsorium.**

*Charge pour les vieilles foulures, le boitement.*

Rp. Picis nigrae
Resinae Pini aa 100,0
Cerae vel Ceresinae 50,0
Picis nigrae liquidae 160,0.

Misce colliquando. Contra convulsa (torsiones, *Verstauchungen*) et clauditates (*Hinken*).

**Glycerina jodata**

(*Trasbot*).

Rp. Tincturae Jodi
Glycerinae aa *P.*

Misce.

**Linimentum ammoniacale duplex.**

Rp. Liquoris Ammonii caustici duplicis (20 %) 10,0
Olei Olivae 20,0.

Misce.

**Linimentum ammoniacale simplex.**

Rp. Liquoris Ammonii caustici (20 %) 10,0
Olei Olivae 40,0.

Misce.

**Linimentum antileprosum s. antipsoricum.**

*Charge contre la gale.*

Rp. Benzinae 300,0
Picis Lithanthracis liquid.
Olei Cadini
Olei Terebinthinae
Saponis nigri aa 100,0.

Primum picem cum sapone misce, dein adde agitando olea, postremo Benzinam.

*Usus:* Partibus cutis porriginosis linimentum infricatur.

**Linimentum piceo-saponatum.**

*Coaltar savonneux.*

Rp. Picis liquidae Lithanthracis 125,0
Saponis nigri 250,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0885-5
DFG

Spiritus Vini (90 %) 125,0
Aquae 3000,0.

Calore leni pix cum sapone mixta commisceatur cum spiritu, tum aqua inter agitationem fortem admisceatur.

### Linimentum resolutivum.

*Charge résolutive.*

Rp. Picis liquidae Lithanthracis 250,0
Petrolei Americani purificati
Tinct. Cantharid. $\widehat{aa}$ 75,0.

Misce agitando. *Usus* conf. sequens.

### Linimentum resolutivum Lebasii.

*Charge de Lebas Ph. veter. Gall.*

Rp. Picis nigrae
Adipis suilli $\widehat{aa}$ 12,5
Olei Terebinthinae
Tinct. Cantharid. $\widehat{aa}$ 10,0.

M. l. a. Ad lumbaginem (*Lendenlähmung*), luxationem, dolorem membrorum sanandum.

### Liquor urens ordinarius.

Oleum acre. *Feu liquide ordinaire.*

Rp. Cantharidum subt. pulv.
Euphorbii pulv. $\widehat{aa}$ 30,0
Olei Olivae 300,0.

Digere leni calore per horas duas, tum adde
Olei Lavandulae 600,0.

Conf. pag. 535 et 536, Oleum vesicans.

*Usus:* Ad infricandum (tumores articulorum, arthrocele, fungus articuli, affectiones rheumaticae etc.). Infricatio ope digitabuli e cautschuco confecti efficienda est.

In dilatatione synoviali, arthrophymate etc. loco ferri candentis, quod cutem destruit, interdum adhibetur.

### Liquor Villatianus.

*Liqueur de Villate.*

Rp. Cupri sulfurici cryst.
Zinci sulfurici $\widehat{aa}$ 15,0
Aceti plumbici (pd. sp. 1,320) 30,0
Aceti (decoloris) 200,0.

Acetum plumbicum solutioni postremo addendum est. Ad usum liquor forte agitetur.

### Lotio antiscabiosa.

*Lotion contre la gale.*

Rp. Natrii trisulfurati solidi 250,0.
Solve in
Aquae (destill.) 1000,0.

### Lotio contra morbum ungularium.

Lotio ungularia Trasboti. *Lotion contre le piétin (Trasbot). Waschmittel gegen Klauenseuche oder Hinke.*

Rp. Antimonii chlorati 100,0
Acidi hydrochlorici crudi q. s. (20,0)
Aquae communis 1000,0.

Chloridum, aquam paulatim addendo, conteratur et Acidum sensim instilletur, ut liquor sit limpidus et sedimentum ne demittat.

*Usus:* Ungula scopulis purgata penicilli ope oblinatur.

### Pasta anticarcinomatica.

*Pâte caustique contre le crapaud.*

Rp. Stibii chlorati q. v.
Acidi hydrochlorici q. s.

Misce, ut fiat pasta mollis (Carcinoma radiatum, *Strahlkrebs, Spat*).

### Pasta caustica.

*Pâte caustique de Plasse.*

Rp. Aluminis calcinati 100,0
Acidi sulfurici crudi q. s.

Misce, ut fiat massa paululum mollis. *Ex tempore* paranda!

### Pilulae purgativae caninae.

*Pilules purgatives pour les chiens.*

Rp. Aloës 10,0
Colocynthidis pulv. 1,5
Saponis medicati q. s.

M. f. pilulae decem. *Dosis* pil. 1—2—4 lamellae carnis involutae.

### Potus anodynus.

Potus leniens. *Breuvage calmant.*

Rp. Asae foetidae dep.
Camphorae pulv.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0886-1
DFG

Aetheris $\widehat{aa}$ 15,0
Aquae 1000,0.
Asam et Camphoram ad pulverem commixtas aquae paululum addendo in pultem transduc, tum admisce aquam, postremo Aetherem.

### Potus anodynus opiatus.

*Breuvage calmant opiacé.*

Rp. Tinct. Opii crocat. 30,0
Aetheris 15,0
Aquae 1000,0.
Misce.

### Pulvis causticus arsenicalis.

Rp. Acidi arsenicosi 10,0.
In pulverem subtilissimum redactis admisce
Cinnabaris 60,0
Sanguinis Draconis 1,0.
Misce, ut fiat pulvis subtilissimus. Cum mucilagine Gummi Arabici commixtus adhibetur.

### Pulvis cordialis tonicus.

*Poudre cordiale tonique* (*de Lebas*).

Rp. Radicis Gentianae 250,0
Salis culinaris 125,0
Ferri oxydati rubri 25,0.
Misce. Fiat pulvis.

### Pulvis diureticus.

Rp. Kalii nitrici 10,0
Natrii hydrocarbonici s. bicarbonici 5,0
Radicis Althaeae 125,0.
Misce. Fiat pulvis.

### Pulvis dulcificans s. leniens.

*Poudre adoucissante.*

Rp. Radicis Althaeae
Radicis Liquiritiae $\widehat{aa}$ *P.*
Misce, ut fiat pulvis subtilis. Medicamentis admiscetur.

### Pulvis Picis lithanthracinae.

*Poudre de Coaltar* (*Corne de Demeaux*).

Rp. Picis liquidae Lithanthracis 5,0
Gypsi albi 100,0.
Misce. Fiat pulvis. Desinficiens vulnerum, aut merus aut cum oleo Olivae, vel cum Glycerina diluta vel aqua commixtus adhibetur.

### Solutio Ferri sulfurici.

*Solution au Sulfate de Fer.*

Rp. Sulfatis ferrosi crudi 10,0
Aquae communis 90,0.
Solve.

### Unguentum Aegyptiacum.

*Onguent égyptiac.*

Rp. Aeruginis pulv.
Aceti (decoloris) $\widehat{aa}$ 500,0.
In lebetem cupreum injectis et per aliquot momenta calefactis adde
Mellis 1000,0,
tum inter agitationem calefacere perge, donec massa colorem rubrum et spissitudinem mellis adepta fuerit. Ad *usum* massa agitando homogenea efficienda est.

### Unguentum cathaereticum.

*Pommade cathérétique.*

Rp. Acidi arsenicosi 4,0.
In pulverem subtilissimum redactis admisce
Cinnabaris praep. 9,0
Adipis suilli 32,0.

### Unguentum discutiens.

*Onguent fondant de Gérard.*

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi contriti 30,0
Terebinthin. communis 360,0.
Misce in mortario porcellaneo.

### Unguentum Hydrargyri bijodati.

*Pommade d'Jodure (bi-) de Mercure.*

Rp. Hydrargyri bijodati 4,0
Adipis suilli 46,0.
Misce (Lepra, scabies, furfuratio, pityriasis).

### Unguentum Lebasi.

*Charge de Lebas.*

Rp. Picis nigrae
Adipis suilli $\widehat{aa}$ 125,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0887-7
DFG

Olei Terebinthinae
Tinct. Captharid. $\widehat{aa}$ 100,0.
Primum leni calore adipem cum Pice misce, tum admisce agitando in mortario oleum, postremo tincturam.

**Unguentum piceum.**
*Pommade de goudron.*

Rp. Picis nigrae 10,0
Adipis suilli 30,0.
Misce l. a.

**Unguentum resolutivum.**
*Onguent résolutif. Onguent vésicatoire mercuriel (de Trasbot).*

Rp. Ungt. vesicatorii *Lebas*
Ungt. mercurialis duplic. $\widehat{aa}$ *P.*
Misce (Scabies, eczemata).

**Unguentum sulfuratum.**
*Pommade soufrée.*

Rp. Sulfuris sublimati 10,0
Adipis suilli 30,0.
Misce.

**Unguentum sulfurosum antiscabiosum.**
*Pommade sulfureuse contre la gale (Trasbot).*

Rp. Kalii (tri-) sulfurati 10,0
Kalii carbonici 2,0
Adipis suilli 300,0.
Misce l. a.

**Unguentum ungularium.**
*Onguent de pied. Hufsalbe.*

Rp. Cerae flavae
Adipis suilli
Terebinthinae
Olei Olivae
Picis nigrae $\widehat{aa}$ *P.*
Misce l. a.

**Unguentum vesicans stibiatum.**
*Pommade vésicante stibiée (Pour les chiens).*

Rp. Tartari stibiati 1,0.
Subtilissime trito admisce conterendo
Kalii dichromici 1,0
Adipis suilli 50,0.

**Unguentum vesicatorium Lebas.**

Rp. Cantharidum gr. pulv. 60,0
Euphorbii pulv. 20,0
Resinae Pini
Picis nigrae $\widehat{aa}$ 40,0
Cerae flavae 30,0
Olei Olivae 100,0.
Cantharides et Euphorbium pulv. aquae paulo humectentur, tum parte dimidia massae unguinis addita calefac, ut inter agitationem partes aquosae evaporentur. Dein copia cetera massae unguinis addatur. Mixtione peracta, massam sepone, interdum agitando, donec unguentum refrixerit.

**Vinum aluminatum.**
*Vin aluné.*

Rp. Aluminis pulv. 4,0
Vini rubri 100,0.
Solve.

# Vinosa et Spirituosa.

**Amarascone.**
*Marasquino.*

Rp. Spiritus Vini rectfss. puri
[1] Sacchari albi
Aquae Rubi Idaei $\widehat{aa}$ *P.* 30
— Cerasorum simpl. *P.* 10
— Aurantii florum *P.* 15.
Macera et saepius agita, tum filtra.

Rp. Spiritus V. rectfss. puri *P.* 12
[2] Sacchari albi *P.* 15
Aquae Cerasorum *P.* 3
— Aurantii florum *P.* 4
— Rubi Idaei *P.* 15.
Macera.

**Aqua Vitae Absinthii Helvetica.**
*Schweizer Absinth.*

Rp. Olei Absinthii aeth. *P.* 140
Olei Aurant. cort. *P.* 54

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0888-3
DFG

Olei Anisi stellati *P.* 40
— Naphae *P.* 14
— Citri Cort. *P.* 26
Aetheris acetici *P.* 70
Sacchari albi *P.* 54000
Spiritus V. rectfss.
Aquae destill. $\widehat{aa}$ *P.* 154000.
Macera, saepius agita et filtra.

### Aqua Vitae Absinthii Franco-Gallica.

*Crême d'Absynthe.*

Rp. Herbae Absinthii 50,0
Fructus Anisi 25,0
— Anisi stell. 12,5
— Foeniculi 4,0
— Coriandri 5,0
Cort. Cinnamomi Cass. 15,0.
Concisis, contusis affunde
Spiritus Vini (90 %) 500,0.
Digere per hebdomadem, tum exprime et filtra. Liquori filtrato adde syrupum, paratum ex
Sacchari albi 450,0 et
Aquae destillatae 350,0.

### Aqua Vitae elegans.

*Elixir ou liqueur de la Grande-Chartreuse.*

Rp. Herbae Melissae recentis *P.* 150
Herbae Menthae pip. recentis *P.* 25
Radicis Angelicae
Cassiae cinnamom. $\widehat{aa}$ *P.* 50
Macidis *P.* 10
Bacc. Rubi Idaei rec. *P.* 100.
Contusis concisisque affunde
Aquae Aurantii flor. *P.* 1000
Spiritus Vini rectfss. *P.* 5000
Aquae communis *P.* 3000.
Post macerationem destillent *P.* 6000, quibus admisceantur
Syrupi Sacchari concentrati et e Saccharo ad consistentiam tabellariam decocto parati *P.* 10000 vel 11000.
*Nota:* Haec aqua vitae saepe tingitur aut Tinctura Croci (liquor citrinus), aut Tinctura e foliis recentibus Pruni Cerasi vel foliis recentibus aliarum plantarum (liquor viridis).

### Aqua Vitae cacaotina.

Rp. Seminum Cacao recens tostorum *P.* 200
Vanillae *P.* 1
Specierum aromaticarum ad morsulos *P.* 10.
Pulveratis affunde
Spiritus Vini rectfss. *P.* 700
Aquae *P.* 500.
Macera per hebdomadem, dein exprimendo cola. Colaturae filtratae *P.* 1000 commisce cum syrupo e
Sacchari ad consistentiam tabulandi cocti *P.* 400 et
Aquae destill. *P.* 500
parato. Dein instilla liquorem filtratum, paratum digerendo e
Coccionellae pulv. *P.* 2
Acidi tartarici *P.* 4
Aquae Rosae
Spiritus V. rectfss. $\widehat{aa}$ *P.* 30.
Mixtura tota post sedimentationem filtretur.

### Aqua Vitae calda citrea concentrata.

Extractum Decocti Anglici.
*Punschextrakt.*

Rp. Spiritus Orizae (Arak) *P.* 160
Syrupi Sacchari *P.* 120
Acidi tartarici *P.* 3
(vel Acidi citrici cryst. *P.* 4)
Elaeosacchari Citri *P.* 4
Vini Gallici *P.* 65.
Macera, agita, filtra.

### Aqua Vitae martiata.

(*Wiener Glycerineisenliqueur.*)

Rp. Ferri pyrophosphorici *P.* 5
Natrii pyrophosphorici *P.* 15
Acidi citrici *P.* 10
Aquae destillatae
Glycerinae $\widehat{aa}$ *P.* 250.
Digere lenissimo calore per diem unum, dein filtra. Liquorem hoc modo obtentum commisce cum
Aquae Cinnamomi *P.* 500

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0889-0 DFG

Glycerinae *P.* 750
Spiritus Vini rectfss. *P.* 1000
et cum Syrupo parato e
Sacchari ad consistentiam tabulandi cocti *P.* 600 et
Aquae destill. *P.* 400.
Dein admisce
Tincturae Zingiberis
— Flavedinis Citri
— Galangae aa *P.* 5
— Cardamomi *P.* 2.

### Aqua Vitae Menthae.

Rp. Olei Menth. pip. opt. *P.* 150
Olei Citri corticis *P.* 15
Chloroformii *P.* 80
Aetheris acetici *P.* 70
Sacchari albi *P.* 60000
Spiritus Vini rectfss.
Aquae destill. aa *P.* 154000
Macera, saepius agita et filtra.

### Aqua Vitae Nordhusiensis.

Spiritus Vini Nordhusiensis.

Rp. Spiritus Vini puri, pond. spec. 0,930—0,935 *P.* 1900—2000
Essentiae spiritus frumenti Nordhusiensis *P.* 1.
Mixtae tingantur addendo
Tincturae Quercus corticis
quantitatem minorem.

### Aqua Vitae saccharata.

*Liqueur.*

Rp. Spiritus Vini rectfss. *P.* 3
Sacchari albi *P.* 2
Aquae *P.* 4
Aromatis cujuslibet q. s.
Macera et filtra.

### Aqua Vitae stomachica Cujawica.

Rp. Pomorum Aurantii immaturorum 100,0
Corticis Aurant. expulp. 35,0
Radicis Gentianae
— Zedoariae
— Galangae
Cassiae cinnamom. aa 25,0
Caryophyllorum aromat. 20,0
Herbae Cardui benedicti
— Melissae
— Centaurei minoris
Cardamomi min. aa 5,0
Fructus Anisi stellati 15,0
Fructus Foeniculi 6,0.
Contusis concisisque affunde
Spiritus Vini rectfss. 2500,0
Aquae destillatae 750,0.
Digere per aliquot dies, dein exprime.
Liquori filtrato admisce
Syrupi Sacchari candidi *P.* 1000,0,
deinde
Aquae destillatae 3000,0.

### Cerevisia Gestatorum.

Cerevisia Portatorum. *Porterbier.*

Rp. Cerevisiae Bavaricae vel Cerevisiae in cella per longius tempus asservatae (*Lagerbier*) *P.* 5000
Syrupi ex Amylo Solani tuberosi parati *P.* 500
Extracti Cardui benedicti
Succi Liquiritiae dep. aa *P.* 25.
Misce et solve. Dein adde tincturam paratam e
Flavedinis Citri recentis
Seminis Coriandri aa *P.* 3
Specierum aromaticarum ad morsulos *P.* 6
Spiritus Vini rectfss.
Tinct. Sacchari tosti aa *P.* 50.
Mixtura in dolium ingesta et agitata stet per 48—72 horas, ut clara fiat. Liquor in lagenis bene obturatis loco frigido asservetur.

### Essentia Absinthii.

*Extrait d'Absinthe.*

Rp. Herbae Absinthii recentis
Seminis Anisi vulg. aa 125,0
— Anisi stellati
— Foeniculi
— Carvi aa 50,0
Amygdalarum amar. 20,0
Pomor. Aurant. immatur. 40,0
Radicis Calami

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0890-4 DFG

Seminis Coriandri $\widehat{aa}$ 10,0
Radicis Angelicae 25,0
Spiritus Vini rectfss. 850,0
Aquae 1500,0.

Post macerationem destillent 1000,0 Grammata, quibus admisce

Olei Anisi 1,25
Olei Foeniculi 0,5
Syrupi Sacchari 600,0.

Sepone et filtra.

## Essentia Decocti Anglici.

*Punschessenz.*

Rp. [1] Olei Citri cort. 1,0
Vanillae 0,6
Herbae Theae Pecco 2,5
Spiritus Sacchari 200,0.

Digere. Colaturae filtratae admisce

Spiritus Sacchari 2000,0
Syrupi Sacchari 2500,0
Acidi citrici cryst. 16,0.

Sepone et agita.

Rp. [2] Syrupi Sacchari 280,0
Acidi citrici 2,5
Spiritus Sacchari 300,0
Olei Citri corticis 0,15
Olei Cassiae cinnam. 0,05.

Digere leni calore, saepius agita et filtra.

Rp. [3] Sacchari albi
Vini rubri $\widehat{aa}$ 100,0
Spiritus Sacchari 150,0
Aquae 90,0.
Succi Citri 5,0
Elaeosacchari flaved. Citri 3,0.

Macera, saepius agita et decantha.

*Nota:* Pars 1 essentiae et *P.* 2 aquae fervidae commixtae praebent Decoctum Anglicum. Cf. Aqua Vitae calda citrea concentrata.

## Essentia Spiritus frumenti Nordhusiensis.

*Nordhäuser Kornessenz.*

Rp. Aetheris acetici 150,0
Spiritus aetherei nitrosi 100,0
Olei Juniperi bacc. 1,0.

Misce et sepone.

## Essentia Spiritus Sacchari.

*Rumessenz.*

Rp. Vanillae 5,0
Croci 2,0
Spiritus Vini rectfs. 50,0.

Digere per aliquot dies, tum exprimendo cola. Colaturae filtratae adde

Spiritus acetico-aetherei oxygenati 250,0
Tincturae Sacchari tosti 15,0.

Tum admisce ejus liquoris 500,0 Grammata, quae destillando collecta sunt e

Residuo post expressionem constante e Vanilla et Croco
Olei Rusci 10,0
Ligni Guajaci 15,0
Radicis Tormentillae 15,0
Florum Cassiae 2,5
Fuliginis splendentis 5,0
Salis culinaris 20,0
Spiritus Vini rectfss. 450,0
(Aetheris formicici 50,0).

Liquori destillato deinde adde

Spiritus Vini rectfss. q. s.,

ut pondus liquoris aequet 500,0 Grammata.

*Usus:* ad parationem Spiritus Sacchari (*Rum*).

## Essentia Spiritus Vini Gallici s. Cognacensis.

*Cognacessenz.*

Rp. [1] Aetheris acetici 100,0
Spiritus aetherei nitrosi 75,0
Acidi pyro-lignosi rectf. 10,0.

Misce.

Rp. [2] Aetheris Cocois *P.* 10
Aetheris acetici *P.* 2
Tincturae aromaticae *P.* 3
Spiritus V. rectfss. *P.* 150.

M.

Rp. [3] Olei Vini Gallici *P.* 5
Aetheris acetici *P.* 4
Tincturae aromaticae *P.* 1
Tincturae Gallarum *P.* 3
Spiritus Vini rectf. *P.* 100.

Misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0891-0
DFG

*Usus* ad parationem Spiritus Vini Gallici. Cf. praescriptum in pag. 715.

## Gossypium sulfuratum vinariorum.

*Einschlag der Weinhändler.*

Segmenta telae gossypinae (*Shirting*) latitudine Centim. quinque Sulfure citrino liquato imbuta glutine amylaceo oblinantur et

Florum Rosarum rubr. *P.* 1
Florum Lavandulae *P.* 2
Seminis Coriandri *P.* 3

mixtis et minutim concisis conspergantur, tum siccentur.

## Oleum amarum Hispanicum.

Rp. Olei Absinthii 60,0
— Corticis Aurantii 45,0
— Juniperi bacc.
— Carvi $\widehat{aa}$ 15,0
— Calami 10,0
— Macidis 10,0
— Menthae crispae 7,5
— Majoranae 5,0
Aetheris acetici
Aetheris $\widehat{aa}$ 30,0.

M.

## Pigmenta ad Aquam vitae.

Bruneamentum: Tinctura Sacchari tosti.

Citrinamentum: Tinctura spirituoso-aquosa radicis Curcumae, florum Carthami.

Coeruleamentum: Carminum Indigo.

Rubramentum: Tinctura spirituoso-aquosa Coccionellarum aluminata.

Viridamentum: Tinctura Curcumae cum Tinctura Indigo commixta. Tinctura ex herba Plantaginis vel foliis Sambuci nigrae recentibus.

## Spiritus acetico-aethereus oxygenatus.

*Rumäther.*

Rp. Spiritus Vini rectfss. *P.* 4
Acidi sulfurici conc. Anglici.
Acidi pyrolignosi $\widehat{aa}$ *P.* 2
Mangani hyperoxydati *P.* 1.

Ingerantur in retortam vitream amplam, tum destillent *P.* 4.

(Aether formicicus)

Aether formicus. *Rumäther. Rumessenz.*

Rp. Mangani oxydati nativi. *P.* 40.

Pulveratis et in vesicam destillatoriam amplam immissis admisce agitando

Aquae frigidae *P.* 15
Amyli *P.* 10.

Alembico apposito et juncturis clausis, per tubulum affunde miscelam frigidam, paratam ex

Acidi sulfurici conc. *P.* 30 et
Spiritus Vini rectfss. *P.* 20.

Calore tantum sensim aucto fiat destillatio, donec circiter *P.* 22 elicitae fuerint. Destillato admisceatur Magnesiae carbonicae q. s., ut Acidum adhaerens neutralisetur, tum liquor filtratus e balneo aquae rectificetur.

*Nota.* Si vis Aetherem formicicum purum efficere, Spiritus Vini *P.* 15 tantummodo sumendae sunt.

## Spiritus Oryzae.

*Arak.*

Rp. Herbae Theae Pecco 10,0.

Affunde

Aquae fervidae 3000,0.

Stent per aliquot horas. Colaturae refrigeratae admisce

Spiritus V. rectfss. 4000,0
Spiritus nitrico-aetherei crudi 10,0
Acidi pyrolignosi rectf. 25,0
Tincturae Gallarum 15,0
Vanillae 1,0
Olei Neroli *Gutt.* 3.

Macera per aliquot dies et filtra.

## Spiritus Sacchari.

Spiritus Arundinis sacchariferae. *Rum.*

Rp. Essentiae Spiritus Sacchari
[1] Sacchari albi $\widehat{aa}$ 10,0
Spiritus V. puri, pond. spec. 0,915—0,920, 1250,0.

Mixtis adde

Tincturae Sacchari tosti vel
Tincturae Quercus cort. q. s.,

ut liquor juste tinctus sit. Sepone per aliquod tempus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0892-6 DFG

Rp. Spiritus Sacchari Jamaicensis 100,0
[2] Spiritus Vini rectfss. 1100,0
Essentiae Spiritus Sacchari 12,5
Sacchari albi 20,0
Tincturae Sacchari tosti 10,0
Aquae 750,0
Tincturae Olei Rusci *) *Gutt.* 2.

Misce, sepone per aliquot dies et filtra.

## Spiritus Sacchari elegans.

Rp. Aetheris butyrici 2,5
[3] — butyrini 10,0
— formicici 4,0
— acetici 9,0
Amylo-Aetheris valerianici 1,0
Spiritus Vini rectfss. (90 %) 8400,0 (vel litras 10)
Aquae fontanae 3000,0 (vel litras 3).

Misce et fortiter agita. Post diem unum destillando elice litras undecim et demidiam (ltr. 11,5), quibus admisce
Essentiae Spirit. Sacchari 20,0.

## Spiritus Vini Cognacensis.

*Cognac.*

Rp. Passularum majorum digitis discissarum *P.* 5
Spiritus Vini rectf. *P.* 30.

Macera per aliquot dies, interdum agita, tum cola exprimendo. Colaturae filtratae admisce
Essentiae Spiritus Cognacensis *P.* 1
Spiritus Vini rectf. *P.* 150 et
Tincturae Quercus cort. q. s.,
ut liquor sit juste tinctus. Tum sepone per 8 dies.

## Tinctura Fuliginis

ad Spiritum Vini Cognacensem tingendum.

Rp. Fuliginis splendentis 100,0
Carbonis vegetabilis 20,0.

Pulveratis affunde
Spiritus Vini rectf. 600,0.

Digere et filtra.

*) Paretur maceratione Olei Rusci *P.* 1 in Spiritus Vini rectf. *P.* 6.

## Vinum.

Mustum (succus acinorum Vitis viniferae) constat e *P.* 140—200 Sacchari, *P.* 5—10 acidi, salium, principii extractivi etc., et *P.* 790—800 aquae.

Sacchari *P.* 1 praebet fermentatione circiter *P.* dimidiam Spiritus Vini absoluti.

Vinum contineat *P.* 8—11 Spiritus Vini absoluti, *P.* 85—90 aquae et *P.* 2—5 acidi, salium, principii extractivi etc. Quantitas acidi sit *P.* 1/3—1/2 in *P.* 100 vini.

## Remedia fermentationem vini cohibentia et interrumpentia.

Calefactio vini ad 65° C., Sal culinare, Acidum sulfurosum (translatio vini in dolia sulfure infecta), Kali sulfuricum, Alumen, Gypsum, Kali, Calcaria, Aromata, Pix nigra, Olibanum.

## Conditura vini sulfurea.

Cf. Gossypium sulfuratum vinariorum. Hoc gossypium etiam paratur e
Sulfuris *P.* 320 seu q. s.
Cassiae cinnamom. *P.* 40
Caryophyllorum
Cardamomi
Seminis Anisi āā *P.* 20
Radicis Zingiberis
Olibani
Nucum moschatarum
Radicis Zedoariae
Piperis longi
Macidis āā *P.* 10.

Sulfuratio doliorum efficitur gossypium sulfuratum incensum, quod filo ferreo affixum est, in dolium vacuum ingerendo et hoc obturando ope emboli. Haec operatio saepius repetatur, tum dolium vino repleatur. Sulfuratio vinis albis utilis est, vinis rubris plerumque datur conditura vinosa. Haec efficitur infundendo Tincturam aromaticam in dolium et incendendo eam, dum dolium clauditur: vel ingerendo Nucem moschatam, antea in tinctura aromatica maceratam, filo ferreo affixam et incensam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0893-2 DFG

Sulfuratio vini efficitur accendendo gossypium sulfuratum in ore dolii, dum aliquae quantitas vini per strophingem (*Hahn*) defluit.

## Remedia ad vina deliquanda.

*Klärmittel.*

Calcaria sulfurica usta (Gypsum), Ichthyocolla, Gummi Arab. pulv. (quod in superficiem vini spargitur), Albumen (in spumam redactum vino admiscetur), Gelatina*), Lac vaccinum a cremore liberatum, Alumen (est improbandum), Kali carbonicum, Mel, Charta bibula, Semina Vitis viniferae, Tannica, Sal culinare.

Admixto remedio, vinum seponitur, tum decanthatur.

## Remedia ad vina emendanda.

Vinum peracidum addendo Kali tartaricum vel Cretam, Spiritum vini corrigitur.

Vinum lentum *(zäh gewordener Wein)*, Acidum tannicum vel infusum Theae herbae, Spiritum vini, Saccharum addendo et filtrando corrigitur.

Vinum mucidum (*kahmiger Wein*), addendo Kali tartaricum vel Gypsum ustum, Spiritum et filtrando corrigitur.

Vinum debile, vel saporis et odoris mali addendo Gypsum ustum vel Infusum radicis Caryophyllatae, Carbonem pulveratum, vel clarificando ope Ichthyocollae et filtrando emendatur.

Aroma Vini vetusti est: Acetalum.

Suavitas efficitur fermentatione nova vini, cui sunt admixta Folia et Flores Tiliae v. Thea Sienensis, Folia Fagi, Folia Fragariae et modicae quantitates Sacchari vel Passularum majorum.

## Pigmenta ad vina.

Baccae Sambuci nigrae, Baccae Myrtillorum, Baccae Rubi fruticosi, Baccae Mori nigrae, Fructus Pruni avium, Radix Alcannae.

*) Vini *P.* 2800 commisceantur cum gelatinae siccae *P.* 1, antea in paulo vini ejusdem soluta, tum addatur solutio parata ex Acidi tannici *P.* 1 et Spiritus Vini rectificati *P.* 5.

## Essentia Vini

ad mustum et vinum debile confirmandum.

Rp. Passularum majorum *P.* 2
[1] Aquae fervidae *P.* 4.

Digere per biduum, tum contunde passulas, et admixtis

Spiritus V. rectfss. *P.* 2 (vel Spirit. Vini Gallici genuini *P.* 3)

exprimendo cola, postremum filtra.

Rp. Passularum majorum
[2] Sacchari albi āā *P.* 10
Vini *P.* 80.

Stent loco temperato, ut fermentent. Fermentatione finita, sepone et decantha.

## Essentia Vini majalis.

*Maitrankessenz.*

Rp. Herbae totius recentis Asperulae odoratae, ante florescentiam collectae, 500,0
Fructus decort. Citri Aurantii Sienensis *(Apfelsinen)* Nr. 5
Vini albi 1000,0
Spiritus Vini alcohol. 250,0.

Macera per horam unam, tum leniter exprimendo cola et filtra.

## Vina arte facta.

### Vinum aurantiatum.

*Bowle.*

Rp. Vini albi vel rubri *P.* 600
Tincturae episcopalis *P.* 1
Sacchari albi *P.* 100
(Spiritus V. alcohol. *P.* 10).

Misce, macera, saepius agita.

### Vinum Burdegalense (Medoc, Graves) arte factum.

Rp. Succi Pyrorum *P.* 100
Succi Rubi Idaei *P.* 25.

Tractentur, uti in paratione vini e succo fructuum variorum praescriptum est. Dum vinum fermentat, paulum Radicis Iridis rasae adjicere solent.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0894-8 DFG

**Vinum Burgundicum.**

Rp. Vini domestici albi *P.* 1000
[1] Succi Cerasorum nigrorum *P.* 100
Passularum majorum
Sacchari aa *P.* 60
Tartari crudi *P.* 5
Musti evaporando concentrati *P.* 500.

Stent, ut fermentent, tum sepone loco frigido et decantha.

Rp. Musti rubri *P.* 250.
[2] Evaporando ad remanentiam partium 125 redactis admisce
Vini rubri *P.* 600.

Mixtio stet, ut fermentet, etc.

Rp. Vini rubri *P.* 2000
[3] Passularum *P.* 100
Baccarum Myrtillorum
— Sambuci recent. aa *P.* 50
Radicis Ratanhae *P.* 5.

Mixtae stent, ut fermentent, etc.

**Vinum Campanicum.**

*Champagnerwein.*

Rp. Sacchari albi (*Melis*) *P.* 40
[1] Aquae *P.* 60.

Coquendo et despumando fiat syrupus dilutus limpidus, qui adhuc fervidus in dolium strophinge instructum defundatur. Tum statim adde

Aquae *P.* 170.

Mixtione peracta, liquori tepido admisce

Faecum e fermentatione cerevisiae albae triticeae *P.* 1

antea cum aquae *P.* 2 optime commixtam. Tum adde

Florum Sambuci incis. *P.* 1/8
Fructuum Citri in taleolas scissorum et a seminibus liberatorum *P.* 3.

Agita et dolium linteo obtectum loco temperato sepone, donec fermentatio fortior remiserit.

Spuma ablata, liquorem in orcam infunde et ei adde

Vini domestici *P.* 40—50,

ita ut orca plane repleta sit. Orcam embolo ligneo leviter obturatam per aliquot dies in cella colloca, ut miscela fermentationem secundariam (*Nachgährung*) experiatur. Interea orcam affundendo vinum saepius ita repleas, ut faeces prodeuntes semper defluant.

Simulac spuma albissima et relaxa prodit, orcae orificium bene mundetur, orca tum vino plane repleatur et embolo optime obturata per duas hebdomades loco frigido seponatur. Denique vinum, ope strophingis in lagenas l. a optime obturandas decantha, et per hebdomadem sepone. Postremum serva loco frigido.

*Nota.* Si vinum non pelluceat, id cum charta bibula alba et mollissima concisa conquassando (orcam volvendo), sedimentando et decanthando clarum fiat.

Rp. Sacchari albi *P.* 30
[2] Fructuum Citri in taleolas dissectorum *P.* 10
Passularum majorum, a stipitibus liberatarum et digitis discissarum *P.* 15.

Dolio capacitatis Partium 260—280 immissis affunde

Vini Gallici albi q. s.,

ut dolium ad tria Centim. infra orificium repletum sit. Saccharo soluto et mixtione peracta dolium loco temperaturae mediae (18—22° C.) sepone et ope tubi vitrei in siphonis formam curvati lagenae aqua fere repletae ita conjunge, ut tubi apertura exterior infra aquam immersa sit. Evolutione gasis Acidi carbonici cessante fermentatio finita est. Deinde dolium epistomio bene obturatum loco valde frigido per 10 hebdomades sepone. Tum vinum limpidum in lagenas bene obturandas infunde et in iis rursus per octo hebdomades ad usum serva.

Rp. Vini boni *P.* 100
[3] Liquoris Vini concentrati *P.* 20—25.

Mixtae stent per hebdomadem inclusae in orcis ligneis repletis loco frigido, tum strophingis ope decanthentur. Liquor plane limpidus in mistario apparatus compressorii Acido carbonico q. s. (pressu aëris atmosphaerarum quatuor) impraegnetur, tum in lagenas solidas, optime obturandas, ingeratur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0895-4

### Liquor Vini concentratus.

Rp. Sacchari Indici *P.* 150
Vini cujuslibet *P.* 100.

Digerendo calore balnei vaporis fiat syrupus, quem commisce cum

Vini Gallici albi
Spiritus Vini Gallici fortioris genuini āā *P.* 125.

Mixtura in orcas ligneas ingesta seponatur per aliquot menses, dein decanthetur, vel filtretur.

Interdum Litris triginta (30) liquoris admiscent guttas aliquot Essentiae Fragorum, Essentiae Ananas, vel Aetheris Cocoïs. Loco Spiritus Vini Gallici saepe sumitur Spiritus Vini rectfss. purus.

### Vinum coctum.

*Glühwein.*

Rp. Vini albi vel rubri *P.* 750
[1] Sacchari albi *P.* 100
Cassiae cinnamom. *P.* 4
Caryophyllorum *P.* 1
Elaeosacchari Citri *P.* 3
Tincturae Aurant. pomor. *P.* 2.

Mixtas et calefactas ope segmenti chartae ardentis incende. Post deflagrationem cola.

Rp. Caryophyllorum integror. 5,0
[2] Cassiae cinnamom. 10,0
Sacchari albi 80,0
Vini rubri 750,0
Syrupi Aurantii flor. 30,0.

Digere per horae quadrantem et cola.

### Vinum Frontiniacense arte factum.

*Frontignac.*

Rp. Sacchari albi *P.* 15
Passularum majorum a stipitibus liberatarum *P.* 20
Vini domestici *P.* 120.

Mixtae stent, ut in fermentationem abeant. Ad finem fermentationis adjice

Florum Sambuci *P.* 1/2.

Postremum, fermentatione peracta, sepone et decantha.

### Vinum Grimelli.

Rp. Tartari crudi *P.* 1
Glandium Quercus leviter tostarum *P.* 6.

Contusis et pulveratis affunde

Aquae fervidae *P.* 750.

Digere per horam unam, cola et liquorem adhuc fervidum in doliolum ingere. Tum adjice

Sacchari pulv. *P.* 90
Mellis (depurati) *P.* 20
Polentae (tritae) *P.* 6
Fermenti recentis ad panem *(Sauerteig)*, cum paulo aquae diluti, *P.* 6
Florum Sambuci
Florum Cassiae āā *P.* 1/4.

Misce agitando, tum sepone loco temperato (20—24° C.), ut fermentent. Post 8—10 dies, quo tempore fermentatio cessaverit, sepone in loco frigido, ut miscela post sedimentationem decanthari possit.

Ut fermentatio acetosa remota maneat, dolium semper repletum sit, quod efficitur addendo mixtionis quantitatem sufficientem paratae e

Pulveris vinarii Grimelli *P.* 1 et
Aquae coctae *P.* 6.

### Pulvis vinarius Grimelli.

Rp. Sacchari *P.* 500
Farinae triticeae *P.* 10
Glandium Quercus leviter tostarum
Polentae (malti)
Tartari āā *P.* 5
Florum Sambuci
Florum Cassiae āā *P.* 1.

Misce, fiat pulvis. Farina triticea per duas horas ante mixtionem in balneo vaporis calefiat, ut sit bene exsiccata. Glandes et polenta aëri radiisque solis exponantur, ut odor empyreumaticus iis adhaerens, quantum potest, abeat.

### Vinum Madeirense arte factum.

Rp. Mellis depurati *P.* 2000
[1] Spiritus Vini rectfss. *P.* 2500
Strobilorum Lupuli *P.* 50
Vini Gallici *P.* 20000

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0896-0

Tincturae Sacchari tosti *P.* 100 vel q. s.

In lagenam immissas leni calore per biduum digere, tum per hebdomadem sepone et dein filtra.

Rp. Vini albi boni *P.* 1100
[2] Spiritus Vini rectfss. *P.* 200
Syrupi Sacchari *P.* 150
Ligni Sassafras *P.* 3
Tincturae Sacchari tosti *P.* 5 vel q. s.

In lagenam immissae macerent per quatuordecim dies. Postremo filtra.

*Nota.* Si Vinum album valde acidum est, addendo Kali tartarici paulum corrigatur.

Rp. Aquae communis *P.* 6000
[3] Succi bacc. Ribis Grossular.
Succi Ribis nigri aa *P.* 4000
Sacchari albi *P.* 1000.

Mixtae l. a. fermentent. Postremum admisce
Spiritus V. Gallici *P.* 1000
et filtra.

**Vinum Malacense arte factum.**

Rp. Vini albi *P.* 600
Spiritus V. rectfss.
Passularum (Malacensium) digitis discissar. aa *P.* 100
Syrupi Sacchari *P.* 50
Florum Sambuci *P.* 1.

Macera per aliquot dies, exprimendo cola et admisce
Tincturae Sacchari tosti q. s.,
ut vinum sit juste tinctum. Tum sepone per hebdomades duas lagena non obturata, et ad postremum filtra.

**Vinum e Succis fructuum variorum.**

Rp. Succi fructuum (qui saccharum continent) *P.* 1200
Sacchari *P.* 300
Aquae calidae *P.* 1200
Tartari crudi *P.* 20
Faecum e fermentatione cerevisiae elotarum *P.* 5.

Ingerantur in dolium, ut sit fere repletum, tum seponantur loco temperaturae mediae (18—22° C.), ut in fermentationem transeant. Ad finem fermentationis adde parvas quantitates aromatis necessarii ad saporem peculiarem efficiendum, uti Cassiae, Caryophyllorum, Macidis, Radicis Caryophyllatae, Radicis Zingiberis, Herbae Majoranae, Herbae Salviae, Florum Sambuci.

Fermentatione finita dolium Vini domestici quantitate sufficiente repleatur, dein orificio aperto in loco frigido per 14 dies collocetur, tum, orificio bene clauso, seponatur et postremo Vinum decanthetur.

*Finis partis de Vinosis et Spirituosis.*

---

**Vinum Absinthii.**
Tinct. Absinthii vinosa.
*Oenolé d'Absinthe.*

Rp. Extracti Absinthii *P.* 1.
Solve in
Vini Hispanici *P.* 90.
Tum adde
Tincturae Absinthii *P.* 10.

*Ph. Gall.* Hb. Absinthii 30,0, Spiritus (60%) 60,0, Vini albi 1000,0.

Eadem ratione parentur:

**Vina s. Tincturae vinosae**
— **Cardui bened.**
— **Centaurii minoris**

**Vina Chinae** corticis
— **Cocae** fol. (Erythroxyli Cocae)
— **Cort. Aurantiorum**
— **Gentianae**
— **Lupuli**
— **Quassiae**
— **Valerianae.**

**Vinum album fortius.**
*Stronger white Wine Ph. U. St.*

Rp. Vini albi *P.* 7
Spiritus V. absoluti *P.* 1.
Misce.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0897-6 DFG

### Vinum aloëticum.

Vinum Aloës. Tinctura sacra.

Rp. Aloës pulveratae *P.* 5
Tincturae aromaticae *P.* 10
Vini Hispanici *P.* 85.

Macera per aliquot dies, saepius agita et filtra.

*Ph. Brit.* Aloës socotr. 12,0, Sem. Cardamomi 1,3, Rad. Zingib. 1,3, Vini Xerici (*Sherry*) 320,0. *Dosis:* 3,0—7,0.

*Ph. U. St.* Aloës 12,0, Sem. Cardamomi, Rad. Zingib. ana 2,0, Vini fortioris q. s., ut vinum praeparatum 200,0 expleat.

### Vinum amarum.

Vinum Gentianae (comp.).

Rp. Extracti Gentianae 10,0.
Solve in
Vini Rhenani 225,0.
Tum admisce
Tincturae C. Aurantii 15,0
Tincturae aromaticae 5,0.
Sepone, decantha, filtra.

### Vinum antarthriticum.

*Vin de d'Anduran ou de la Rochelle.*

Rp. Bulborum Colchici rec. *P.* 30
Vini Malacensis *P.* 500.

Macera per hebdomadem. Colaturae adde
Tincturae Aconiti *P.* 10
Tincturae Digitalis *P.* 5.

*Dosis:* Quoque die tria cochlearia parva dentur in infuso Menthae.

### Vinum anticholericum.

Rp. Tincturae amarae
— aromaticae
— Aurantii pom. aa 25,0
— Cassiae cinnam. 50,0
Vini optimi 3000,0
Sacchari albi 400,0.
Misce et solve.

### Vinum antihydropicum.

(Nr. 2 Fulleri.)

Rp. Radicis Iridis Florent. 10,0
Radicis Helenii
Bulbi Scillae aa 2,5
Corticis Sambuci
Corticis Ebuli aa 5,0
Corticis Winterani 1,25
Foliorum Sennae 10,0
Radicis Hellebori viridis
Tuberis Jalapae
Agarici aa 1,25.

Concisa et contusa macerentur cum
Vini albi 1000,0
Spiritus Vini rectfss. 50,0
per aliquot dies. Tum exprimendo cola et filtra.

### Vinum antiscorbuticum.

Vinum Raphani s. Cochleariae comp.

Rp. [1] Radicis Armoraciae recens rasae
Herbae Cochleariae recentis aa 100,0
Herbae Trifolii fibrini
Rhizomatis Calami
Seminis Sinapis nigrae contusi aa 50,0
Ammonii muriatici 25,0
Vini albi 3000,0
Spiritus Cochleariae 50,0
Spiritus Vini rectfss. 200,0.

Macera per aliquot dies, tum exprimendo cola et filtra.

*Vin antiscorbutique.*

Rp. [2] Radicis Armor. discissae *P.* 30
Foliorum rec. Cochleariae inc.
Foliorum rec. Nasturtii incis. aa *P.* 15
Foliorum recent. Menyanthis trifoliatae incisorum *P.* 3
Seminis Sinapis contusi *P.* 7
Spiritus Cochleariae comp. *P.* 16
Vini albi *P.* 1000.

Macera per dies decem, interdum agitando, tum exprimendo cola et filtra. *Ph. Gall.*

### Vinum Armoraciae.

Rp. Radicis Armoraciae recens rasae *P.* 10
Flavedinis Cort. Aurantii *P.* 1
Vini rubri *P.* 50
Spiritus V. rectfss. *P.* 5.

Macera, exprime, filtra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0898-2 DFG

### Vinum aromaticum.

Tinct. aromatica vinosa.
*Sturmfederwein. Kräuterwein.*

Rp. Specierum aromaticarum *P.* 10
Vini rubri *P.* 80
Aquae vulnerariae spirituosae *P.* 25.

Macera per octo dies. Colaturam exprimendo collectam filtra.

*Ph. U. St.* Flor. Lavandul., Hb. Origani, Hb. Menth. pip., Hb. Rorismar., Folior. Salviae, Hb. Absinth. ana 1,0, Vini albi fort. q. s., ut macerando percolandoque colatura ponderis grammat. centum (100,0) colligatur.

*Ph. Gall.* Tinct. vulnerariae rubrae 12,5, Vini rubri 87,5. Misce.

### Vinum Aurantii.

*Orange Wine.*

Liquor vinosus in Britannia paratus e Saccharo aqua soluto, cui fermentanti Cortices recentes fructuum Aurantii injecti sunt. In centenis partibus continentur *P.* duodenae (12) Spiritus Vini anhydri. *Ph. Brit.*

### Vinum Aurantii corticis.

Tinctura Aurantiorum vinosa.

Rp. Flavedinis Cort. Aurant. *P.* 1
Vini Malacensis *P.* 6.

Macera per octo dies, tum exprime et filtra.

### Vinum Aurantii martiatum.

Tinctura Ferri vinosa cum Aurantiis.

Rp. Extracti Ferri pomati 10,0
Vini Hispanici 120,0
Tincturae Cort. Aurant. 30,0.

Solve, sepone, filtra.

### Vinum Boldeae.

Vinum Boldo foliorum.

Paratur eodem modo quo Vinum Colchici seminis, e foliis Boldeae fragrantis *Gay.* (*Dos.:* 50,0—75,0—100,0 ante somnum; hypnoticum.)

### Vinum camphoratum.

Rp. Camphorae tritae *P.* 1.
Soluta in
Spiritus Vini *P.* 1
misce inter agitationem cum
Mucilag. Gummi Arabici *P.* 3 et
Vini Gallici albi *P.* 45.

Sit liquor albidus, turbidus. Ante dispensationem agitandum est. (*Ph. Germanica.*) Internum et externum. *Dosis:* Cochl. thear. 1—2 bihorio vel pluries per diem (cholera Asiatica. Externe contra ulcera torpida, in ruptura perinaei etc.).

### Vinum Carnis.

*Wine of Beef. Beef and Wine. Fleischwein.*

Rp. Extracti Carnis 25,0.
Solutis in
Aquae fervidae 25,0
admisce
Vini Hispanici 950,0.

Sepone per aliquot dies, tum filtra.

### Vinum Carnis ferratum.

Rp. Ferri sesquichlorati crystall. 2,5
Natrii citrici 5,0.
Solve in
Vini Carnis 995,0.

### Vinum Chinae.

Vinum Cinchonae. *Vin de Quinquina.*

I.

Rp. Corticis Chinae regiae *P.* 5
Vini generosi rubri *P.* 100.

Digere per aliquot dies et filtra. *Ph. Germ.*

II.

Vinum Chinae elegans.

Rp. Corticis Chinae regiae
Glycerinae opt. $\widehat{aa}$ 12,5
Corticis Cass. cinnam. 1,0
Acidi muriatici (25 %) 0,25
Vini Hispanici 250,0.

Digere per aliquot dies. Colatura exprimendo collecta post dies octo filtretur.

*Ph. Gall.* Cort. Chinae 50,0, Spiritus (60 %) 100,0, Vini rubri 1000,0.

III.

(Ex tempore.)

Rp. Tincturae Chinae
Glycerinae $\widehat{aa}$ 50,0
Vini Xerensis 350,0.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0899-9 DFG

Miscela seposita post diem unum filtretur. (Roborans infantum.)

**Vinum Chinae amarum.**

Tinctura Chinae composita. Elixir roborans Whyttii vinosum.

Rp. Radicis Gentianae
[1] Flaved. Cort. Aurant. $\widehat{aa}$ 10,0
Corticis Chinae regii 25,0
Vini Hispanici 300,0
Spiritus Vini rectfss. 20,0.

Digerendo et filtrando fiat vinum medicatum.

[2] Conf. Tinct. Chinae comp. in pag. 778.

**Vinum Chinae aromaticum.**

Rp. Tincturae Chinae cort. 20,0
— Cinnamomi 5,0
— Aurantii pomor.
— aromaticae $\widehat{aa}$ 2,5
Vini boni 100,0.

Misce.

**Vinum Chinae martiatum.**

Vinum Cinchonae martiatum. Vinum Chinae tartarisatum *Ph. Belg.* Vinum roborans *Ph. Dan.*

Rp. Ferro-Kali tartarici pulv.
[1] (Globul. Tart. mart.) 10,0
Aquae Cinnamomi 20,0
Tincturae Chinae cort. 40,0
Vini Malacensis 600,0.

Digerendo solve et filtra.

*Vin de Quinquina ferrugineux.*

Rp. Ferri citrici ammoniati *P.* 1
[2] Vini Chinae Huanoco cum Vino Malacensi parati *P.* 200.

Sal ferricum in *P.* 2 Aquae destill. solutum cum Vino misceatur. Vini mensura cochlearis Decigramma unum salis ferrici contineat.

*Ph. Gall.* Ferri sulfurici cryst. 2,5, Acidi citrici 2,0, Aquae calidae 10,0, Vini Cinchonae cum Vino rubro parati 990,0.

**Vinum Chinae opiatum.**

*Vin febrifuge de Seguin.*

Rp. Corticis Chinae regiae 50,0
Corticis Angusturae 15,0
Ligni Quassiae 10,0
Opii pulverati 1,0
Vini Hispanici 1750,0
Vini Gallici albi 1500,0.

Digere, exprime, filtra.

*Dosis:* 30 ad 50 Grammata.

**Vinum Chinini.**

Vinum Quininae s. Quiniae. Vinum Quinii Labarraquii.

Rp. Chinii Labarraquii 1,0.
Solve in
Spiritus Vini rectfss. 15,0.
Tum admisce
Vini albi 250,0.

*Ph. Brit.* Chinini sulfur. 1,0, Acidi citrici 1,5, Vini Aurantii 440,0.

**Vinum Cocae.**

Vinum Erythroxyli Cocae.

Rp. Foliorum Cocae 60,0
Vini fort. rubri 1000,0.

Macera per dies decem, exprime et filtra. *Ph. Gall.*

*Ex tempore:* Extr. fluidi Erythroxyli 10, Vini Hisp. 90. In Germania in usu.

**Vinum Colchici.**

Vinum Colchici seminis. Tinct. Colchici vinosa. Aqua medicinalis Hussoni.

Rp. Seminis Colchici grosso modo pulv. *P.* 10
Vini Hispanici *P.* 100.

Macera per octo dies, vase clauso, tum exprime et filtra. *Ph. Germ., Austr.*

*Dos. max.*: 2,0 (*Ph. Austr.* 1,5), pro die 5,0.

*Ph. U. St.* Sem. Colch. 15, Vini albi fortioris q. s. Colatura filtrata part. 100 exaequet.

*Ph. Gall.* Sem. Colch. 60,0, Vini rubri 1000,0. *Dos. max.:* 2,0, pro die 6,0.

**Vinum Colchici bulbi.**

Vinum Colchici radicis. Specificum antarthriticum Reynoldi.

Rp. Bulbi Colchici recentis *P.* 10.
Concisis affunde
Vini Hispanici *P.* 18
Spiritus Vini rectfss. *P.* 2.

Macera per octo dies, tum exprime et filtra. *Dos.:* 0,5—1,0—1,5 pl. p. d.

*Ph. U. St.* Bulbi Colch. 40, Vini albi fortioris q. s., ut pondus colaturae filtratae partes 100 exaequet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0900-8
DFG

*Ph. Gall.* Bulb. rec. Colch. 100,0, Vini rubri 1000,0. Macera per dies decem, exprime, filtra.
*Ph. Brit.* Bulbi Colch. gr. pulv. 120,0, Vini Xerici 610,0.

### Vinum Colchici opiatum
(Eisenmannii).

Rp. Vini Colchici sem. 18,0
[1] Tincturae Opii crocatae 2,0.
Misce. *Signa:* Tertia vel quarta quaque hora guttae 20—30 sumantur. *Dos.* 0,5—1,0—1,5 plur. p. d. (rheuma). *Dos. max.* 1,5.

Rp. Vini Colchici sem. 12,0
[2] Tincturae Opii crocatae 2,0.
M. D. Tertia quaque hora guttae 15—30 dentur.

### Vinum Colombo.
Vinum Chasmantherae palmatae.
*Oenolé de Colombo Ph. Gall.*

Rp. Rad. Colombo gr. pulv. 30,0
Vini rubri 1000,0.
Macera per dies decem, tum exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Aequali modo parentur:
**Vinum Boldo** (Boldoae) fol.
— **Buccu** fol.
— **Eucalypti** fol.
— **Quassiae amarae** ligni.

### Vinum Condurango.

Rp. Corticis Condurango minutim conc. *P.* 1
Vini Xerensis *P.* 10.
Macera per octo dies, tum exprime et filtra. *Ph. German. Dos.:* 2,0—4,0—6,0 bis terve per diem. Anticarcinomaticum.

### Vinum Digitalis compositum.
Vinum Digitaleum compositum *Ph. Gall.*
*Vin de Trousseau. Oenolé de Digitale composé de l'Hôtel-Dieu.*

Rp. Foliorum Digitalis pulv. 5,0
Bulbi Scillae 15,0
Baccarum Juniperi 75,0
Kalii acetici 50,0
Vini albi 900,0
Spiritus Vini (90 %) 100,0.
Macera per dies decem, tum exprime. Colaturae addatur Kali aceticum. Postremum filtra. Grammata 20,0 contineant 0,1 solubile Digitalis et 1,0 Kali acetici. *Ph. Gall.*

### Vinum Diospyreos Virginianae.

Rp. Baccarum Diospyreos Virginianae recentium contusarum *P.* 10
Vini albi *P.* 25
Spiritus Vini rectfss. *P.* 5.
Macera per aliquot dies et exprime. Colatura sedimentando depuretur.

### Vinum diureticum
Anglicum.

Rp. Cassiae cinnamomeae
Radicis Zedoariae
Kali carbonici āā *P.* 10
Baccarum Juniperi
Radicis Scillae
Radicis Rhei āā *P.* 5
Vini boni *P.* 1000.
Macera et cola.
*Vin diurétique Trousseau:* Conf. in pag. 886 Vinum diureticum (Trousseavii).

### Vinum diureticum amarum Corvisartii.

Rp. Corticis Citri rec.
— Winteri āā *P.* 60
— Chinae fusc.
Radicis Vincetoxici
Radicis Angelicae
Bulbi Scillae āā *P.* 30
Fructus Juniperi
Macidis āā *P.* 10
Herbae Absinthii
Foliorum Melissae āā *P.* 5
Vini albi *P.* 4000
Spiritus V. rectfss. *P.* 100.
Digere per biduum, exprime et filtra. *Signa:* Ter quaterve quotidie cochlear cibarium. — In hydrope, anasarca et dyspepsia laudatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0901-4
DFG

**Vinum diureticum**
Trousseavii.
*Vin diurétique de l'Hôtel-Dieu (Trousseau).*

Rp. Bulbi Scillae 5,0
Foliorum Digitalis 10,0
Kalii acetici 15,0
Baccarum Juniperi 50,0.
Concisis contusisque affunde
Vini albi 750,0.

Digere, exprime et filtra. *Dosis:* Pluries per diem cochlear.

**Vinum Ergotae.**
Vinum Secalis cornuti.

Rp. Secalis cornuti pulverati 15,0
Vini albi fortioris q. s.

Macera et filtra. Liquor filtratus grammata centum (100,0) expleat. *Dosis maxima:* 6,0, pro die 30,0.

**Vinum Erythroxyli aromaticum.**
Vinum Cocae aromaticum. *Aromatic Wine of Coca. Gewürzter Cocawein.*

Rp. Extracti fluidi Erythroxyli Cocae 35,0
Elixiris Taraxaci comp. 4,0
Elixiris aromatici (Americani) 140,0
Syrupi Coffeae 12,5
Vini Lusitani (*Portwein*) 65,0
Vini Hispanici q. s.,
ut liquor 500,0 expleat. (*Nat. Form.*)

**Vinum Eucalypti**
(Carlotti).

Rp. Corticis Eucalypti globuli gr. modo pulv. 50,0
Acidi hydrochlorici (25%) 20,0
Spiritus Vini rectfss. 1000,0
Aquae destill. 3000,0.

In cucurbitam vitream ingesta macera per dies quinque, tum exprimendo cola. Post diem filtra. *Dos.:* 3,0—6,0—9,0 quater quinquiesve per diem (asthma, catarrhus bronchialis, diarrhoea).

Eodem modo paretur:
**Vinum Eucalypti foliorum.**

**Vinum ferratum chininicum**
(Béral).

Rp. Ferri citrici 18,0
Chinini citrici 4,0.
Solve in
Vini Hispanici 980,0.
S. Bis terve pro die cochlear.

**Vinum Ferri citrici.**
Vinum Ferri Citratis.

Rp. Ferro-Ammonii citrici 4,0
[1] Tincturae Aurantii dulcis
Syrupi Sacchari ana 12,0
Vini albi fortioris 72,0.
Misce et filtra. *Ph. U. St.*

*Ph. Brit.* Vinum Ferri Citratis. Ferri citrici ammoniati 10,0, Vini Aurantii 555,0. Filtra.

Rp. Ferro-Ammonii citrici 5,0
[2] Tincturae Aurantii cort.
Glycerinae aa 15,0
Vini Xerensis 90,0.

Solve, misce et filtra. *Dos.:* 4,0—6,0—8,0 ter per diem.

**Vinum Ferro-Kali tartarici.**
Vinum Tartari martiati.

Rp. Ferri pulverati *P.* 1
Kali tartarici acidi *P.* 4.

Mixta et in vase porcellaneo aquam addendo in pultem redacta leni calore saepius agitando exsicca. Residuum tritum nova aquae copia commixtum denuo evapora, quae operationes tamdiu repete, donec massa homogenea nigra, fere tota in aqua sit solubilis. Tum adde

Aquae destill. *P.* 40

et macera per aliquot horas, dein filtra et liquorem calore balnei aquae ad siccitatem evapora, residuum in pulverem redigendo.

Hujus pulveris *P.* 1
leni calore solve in
Vini albi *P.* 18
Glycerinae *P.* 2.

*Dos.:* 2,0—4,0—5,0 ter quaterve per diem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0902-0 DFG

*Ph. Neerl.* Illius pulveris *P.* 1 solvatur in Vini albi *P.* 10.
Vinum Ferri citrici praeferendum est.

**Vinum Hellebori albi**
s. Veratri.

Rp. Radicis Hellebori albi *P.* 1.
Concisae affunde
Vini Hispanici *P.* 10.
Macera, exprime, filtra.

**Vinum Hippocraticum.**
Hippocras.

Rp. Tincturae aromaticae 100,0
Olei Macidis *Gutt.* 10
Sacchari albi 125,0
Vini rubri 1000,0.
Macera et cola.

**Vinum Ipecacuanhae.**

Rp. Radicis Ipecacuanhae *P.* 10.
Contusis affunde
Vini Hispanici *P.* 100.
Macera per octo dies, exprime et filtra. *Ph. Germanica. Dos.:* 0,5—1,0 pluries per diem.

*Ph. Brit.* Rd. Ipecacuanh. 10,0, Acidi acetici 11,0. Macera. Tum modo deturbatorio aquam affunde, ut colaturae 200,0 colligantur, quae evaporando ad siccum redigantur. Massa residua pulverea cum Vini Xerici 200,0 mixta maceretur per dies duos, tum filtretur.

*Ph. U. St.* Extr. fluidi Ipecac. 7,0, Vini albi fort. 93,0. Misce et filtra.

**Vinum kreosotatum.**
*Kreosotwein.*

Rp. Conchinini sulfurici
Kreosoti $\widehat{aa}$ 2,0
Acidi hydrochlorici (25%) 1,0
Spiritus Vini absoluti 10,0.
Mixta commisce cum
Vini Italici 400,0.
Tum filtra.
*Dosis:* Cochlearia bina bis terve per diem (in phthisi, tuberculosi).

**Vinum Liquiritiae opiatum.**
Elixir Papaveris. Vinum Opii crocatum *Ph. Fenn.*

Rp. Opii pulverati
Extracti Liquiritiae
Croci $\widehat{aa}$ 1,0
Vini Hispanici 50,0.
Per quatriduum digesta cola.

**Vinum Liriodendri**
corticis.

Rp. Corticis recentis Liriodendri tulipiferae (e fam. Magnoliacearum) contusi *P.* 2
Vini Hispanici *P.* 9
Spiritus Vini rectfss. *P.* 1.
Digere per aliquot dies et subinde agita; tum exprime et filtra.

**Vinum martiatum amarum.**
Vinum Ferri amarum.

Rp. Liquoris Ferri et Quininae Citratis 8,0
Tincturae Aurant. cort. 12,0
Syrupi Sacchari 36,0
Vini albi fortioris 44,0.
Misce et filtra. *Ph. U. St.*

**Vinum martiatum**
s. ferratum s. ferruginosum.
Vinum Ferri. Vinum chalybeatum tartarisatum *Ph. Belg. Vin chalibé. Oenolé ferrugineux. Vin ferrugineux Ph. Gall.*

Rp. Globulorum Tartari martiati
[1] pulv. 10,0
Acidi citrici 2,5
Vini Rhenani 15,0.
Conterendo mixtis adde
Tincturae Cinnamomi 40,0
Vini Rhenani 350,0.
Tum digere per quatuor horas, saepius agita et filtra post refrigerationem. *Dosis:* Cochlear bis terve per diem (chlorosis).

Rp. Ferri limati *P.* 2
[2] Corticis Cinnamom. Cass. *P.* 1
Vini albi Rhenani *P.* 25.
Macera per aliquot dies et saepius agita, dein filtra. Colaturae sint *P.* 25.

Rp. Ferri citrici ammoniati *P.* 1
[3] Vini Malacensis *P.* 200.
Solve et filtra. Vinum mensura cochlearis continet Decigramma unum salis ferrici. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0903-6
DFG

*Ph. Brit.* Limaturae Ferri 10,0, Vini Xerici 200,0. Macera per dies triginta. Filtra.

**Vinum martiatum**
Fulleri.

Vinum chalybeatum Fulleri.

Rp. Limaturae Ferri *P.* 10
Succi Citri recent. *P.* 20.
Macera per unum diem, tum adde
Tincturae aromaticae *P.* 15
Vini albi 300.
Macera per aliquot horas et filtra.

**Vinum Opii.**

Vinum Opii Heimii. Tinctura Opii vinosa.

Rp. Opii pulv. *P.* 2
Vini Hispanici *P.* 19.

Macera per aliquot dies, saepius agita et filtra. Gramma unum Vini continet solubile e Decigrammate uno Opii.

*Ph. U. St.* Vinum Opii. Opii pulv. 10,0, Cort. Cinnamomi, Caryophyll. ana 1,0, Vini albi fort. q. s. Post macerationem et filtrationem colaturae pondus gramm. centum (100,0) expleat.

*Ph. Brit.* Extr. Opii 10,0, Cort. Cinnamomi, Caryophyll. ana 1,66, Vini Xerici 200,0.

**Vinum Opii crocatum.**

Rp. Opii pulv.
Croci $\widehat{aa}$ 1,0
Extr. Liquiritiae 3,0
Vini Malacensis 60,0.

Digere per aliquot horas. Altero die filtra. Caute servandum. *Dosis:* ter-, quaterve per diem cochlear minimum. *Ph. Fenn.*

**Vinum
Opii fermentatum.**

Opium s. Laudanum *Rousseau.* Vinum Opii fermentatione paratum.

Rp. Opii pulverati *P.* 100
Mellis crudi *P.* 300
Aquae calidae *P.* 1500
Faecum e fermentatione cerevisiae *P.* 20.

Bene mixtae stent loco tepido per hebdomadem, ut fermentent; tum exprime et filtra. Ex colatura Partes 100 destillando eliciantur, residuum colaturae autem usque ad remanentiam Partium 300 calore balnei vaporis evaporetur, quam cum Partibus 100 liquoris destillati commixtam serva. Partes quatuor liquoris continent solubile partis unius Opii. *Dosis maxima* 0,75, pro die 2,5.

**Vinum Pepsinae.**

Vinum pepticum. Vinum s. Essentia Pepsini. *Pepsinwein.*

Rp. Pepsinae concentratae 10,0
Sacchari albi 100,0
Glycerinae 30,0
Acidi hydrochlorici (25 %) 10,0
Vini Hispanici 1900,0.

In cucurbitam vitream ingesta sepone per tres ad quatuor dies, saepius agitando, tum filtra. *Dos.:* 30,0—35,0.

*Ph. Gall.* Pepsin. concentrat. 20, *Vin de Lunel ou de Grenache* 1000,0.

*Ph. Germ.* Pepsinae 24,0, Glycerinae 20,0, Acidi hydrochlorici (25%) 3,0, Aquae 20,0. Per dies octo sepositis, tum filtratis addantur Syrupi Sacch. 92,0, Tinct. Aurant. cort. 2,0, Vini Xerens. 839,0. Mixtura 1000,0 expleat.

Sit liquor limpidus flavidus, saporis vinosi paullum aciduli. Ad vim pepticam explorandam in vitrum Vini Pepsini grammata triginta (30), Aquae destillatae grammata quindecim (15) et fibrinae e sanguine recens sejunctae grammata duo (2) ingesta calore 35° non superante macerentur et saepius agitentur. Horis quatuor praeterlapsis fibrina ex parte aut tota sit soluta.

**Vinum pepticum
compositum.**

Vinum digestivum. *Digestiwein.*

Rp. Pepsinae concentratae pulveratae 5,0.
Admisce
Vini Xerensis (s. Hispanici) *P.* 200
Glycerinae *P.* 30
Aquae destillatae *P.* 50
Acidi hydrochlorici (25%) *P.* 3
Sacchari lactis *P.* 25.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0904-2 DFG

Macera per tres dies, tum adde
Corticis Citri fructus recent.
Corticis Cinnamomi Cassiae
Radicis Galangae āā *P.* 2
et iterum macera per diem unum interdum agitando. Tandem admisce
Syrupi Sacchari *P.* 100
Vini Xerensis *P.* 600.

Sepone per aliquot dies loco frigido et filtra.

**Vinum Picis liquidae.**
*Theer-Wein. Wine of Tar.*

Rp. Picis liquidae 50,0.
Misce cum mixtura e
Lapidis Pumicis pulverati 50,0
Aquae destillatae
Spiritus Vini
Glycerinae āā 25,0.
Tum affunde
Vini Graeci s. Italici flavi 500,0.

Digere interdum agitando per dies duos calore 45° C. non superante, deinde macera per dies tres, saepius agitando. Postremum filtra. (Dyspepsia, phthisis, catarrhus.)

**Vinum picrinicum.**
*Pikrinwein.*

Rp. Acidi picrinici 1,0.
Solutum in
Spiritus Vini 10,0
misce cum
Vini albi 990,0.

Antineuralgicum, antidyspepticum, antichloroticum, anticterieum. *Dosis:* 30,0—40,0—50,0, pro die 120,0—200,0.

**Vinum Pruni Padi.**
*Ahlkirschrindenwein.*

Rp. Corticis Pruni Padi grosso modo pulv. 100,0
Sacchari albi
Glycerinae ana 50,0
Spiritus Vini rectfss. 25,0
Vini albi 900,0.

Macera per dies duos, tum digere per diem unum, postremum colaturam exprimendo collectam filtra. Liquor filtratus grammata mille (1000,0) adaequet.

Eodem modo paratur:

**Vinum Pruni Virginianae**
e Cortice Pruni Virgin. (*Wild Cherry.*)

**Vinum Pruni Virginianae ferratum.**
*Ferrated Wine of Wild Cherry.*

Rp. Tincturae Ferri citro-chloridati 50,0
Vini Pruni Virginianae 550,0.
Misce.

**Vinum Rhei.**

Rp. Radicis Rhei gr. pulv. *P.* 10
Rhizomat. Calami pulv. *P.* 1
Vini albi fortioris q. s.

Misce, macera et colaturam filtra. Liquor filtratus *P.* 100 expleat. *Ph. U. St.*

*Ph. Gall.* Rad. Rhei 60,0, Vini fort. rubri 1000,0.

*Ph. Brit.* Rad. Rhei 30,0, Cort. Canellae albae 2,5, Vini Xerici 410,0. Pond. Vini 415,0 expleat.

**Vinum Rhei amarum.**
Elixir Rhei amarum.

Rp. Extracti Rhei 10,0
Extracti Gentianae 2,5.
Solve in
Vini Hispanici 500,0
Tincturae Cinnamomi 20,0.

Sepone per aliquot horas et filtra.

*Ph. Fenn.* Rd. Rhei 10,0, Rd. Gentianae 2,0, Cardamom. 1,0, Vini Xerensis 100,0. Digere.

**Vinum Scillae.**

Rp. Extracti Scillae 1,0.
[1] Solve in
Vini Hispanici 25,0
et filtra. *Dos.:* 0,5—1,0—1,5 (diureticum).

Rp. Bulbi Scillae siccat. *P.* 5
[2] Vini Hispanici *P.* 50.

Macera per octo dies, tum leniter exprime et filtra.

*Ph. Gall.* Bulbi Scillae 60,0, Vini rubri 1000,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0905-8
DFG

## Vinum Scillae compositum.

Vinum scilliticum amarum (charitatis). Vinum diureticum.

Rp. Extracti Scillae 2,0
[1] Succi Juniperi inspiss. 1,0
Elaeosacchari Angelicae 1,0
Elaeosacchari Citri 1,5.
Solve in
Vini albi 60,0
Tincturae Aurantii cort.
Tincturae Chinae
Tincturae Calami $\widehat{aa}$ 5,0
et filtra.

Rp. Radicis Vincetoxici
[2] Radicis Angelicae
Bulbi Scillae $\widehat{aa}$ *P.* 15
Corticis Chinae fusci *P.* 60
Corticis Citri rec. *P.* 30
Corticis Winteri *P.* 60
Foliorum Absinthii
Foliorum Melissae $\widehat{aa}$ *P.* 30
Fructus Juniperi
Macidis $\widehat{aa}$ *P.* 15.
Contusis concisisque affunde
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914, *P.* 200
Vini albi *P.* 4000.
Macera per dies decem interdum agita, exprimendo cola et filtra. *Ph. Gall.*

## Vinum scilliticum alkalisatum.

Vinum Juniperi alkalisatum.

Rp. Bulbi Scillae
Baccarum Juniperi $\widehat{aa}$ *P.* 10
Radicis Zedoariae
Cassiae cinnamom. $\widehat{aa}$ *P.* 5
Kali carbonici *P.* 4.
Contusis et concisis affunde
Vini albi *P.* 340
Spiritus Vini rectfss. *P.* 20.
Digere per aliquot dies, exprime et filtra.

## Vinum Sennae compositum.

Vinum Sennae. Elixir Sennae.

Rp. Seminis Coriandri *P.* 1
Seminis Foeniculi *P.* 2
Foliorum Sennae *P.* 20
Vini Hispanici *P.* 150.
Digere per triduum, tum adde
Passularum majorum, acinis exemptis *P.* 15.
Digere iterum per diem unum et exprimendo cola.

## Vinum stibiatum

s. antimoniatum.

Vinum Antimonii *Ph. U. St.* Vinum Stibii Kalio-tartarici. Vinum emeticum. Aqua benedicta Rulandi.

Rp. Tartari stibiati *P.* 1
Vini Hispanici *P.* 250.
Solve. (*Ph. Germ.*, *Austr.*)

*Ph. U. St.* Tart. stibiati 4. Solve in Aquae dest. 60. Tum adde Vini albi fortioris q. s., ut part. 1000 expleantur.

*Ph. Fenn.* Tart. stib. 2,0, Vini Xerensis, Syr. Sacch. ana 250,0.

*Ph. Brit.* Tart. stib. 1,0, Vini Xerici 220,0.

## Vinum stomachicum.

Rp. Tincturae Chinae comp. 10,0
Tincturae aromaticae 2,5
Sacchari albi 10,0
Vini albi 77,5.
Misce et filtra.

## Vinum Stramonii.

Rp. Seminis Stramonii *P.* 1.
Contusae affunde
Vini Hispanici *P.* 10.
Digere per triduum et filtra. Colaturae pondus exaequet *P.* 10. Sit parum turbidum.

## Vinum tannatum.

*Tanninwein.*

Rp. Acidi tannici 10,0
Vini rubri 1000,0.
Solve. (Ex tempore.) Ad injectiones (gonorrhoea, fluor albus).

## Viscum aucuparium

s. avium.

*Vogelleim. Fliegenleim.*

Rp. Colophonii *P.* 100
[1] Resinae Pini *P.* 50
Olei Raparum *P.* 65.
Liquando commisceantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0906-4 DFG

Rp. Colophonii *P.* 100
[2] Terebinthinae communis
Olei Raparum āā *P.* 50
Mellis crudi *P.* 6.
Liquando commisceantur.

Rp. Zinci chlorati *P.* 1.
[3] Solve in
Aquae *P.* 1.
Tum admisce
Solutionis Glutini fabrilis concentratae q. s.

## Vitrum Antimonii.

Rp. Stibii sulfurati crudi *P.* 14.
Subtilissime pulverisatas, in sartaginem terream, non vitriatam, supra stragem arenae siccae collocatam immissas leni calore, qui sensim augeatur, continue agitando spathula vitrea tamdiu calcina, donec non amplius vapores sulfurosi evadant et massa in pulverem cinereum conversa fuerit, quem Cinerem Antimonii vocant. Cave autem, ne pulvis inter calefaciendum colliquescat. Tum

rp. hujus cineris Antimonii *P.* 8
Stibii sulfurati crudi subt. pulv. *P.* 1.

Bene mixtas in crucibulum Hassiacum latere tegendum immittas et tamdiu in fortiore igne detineas, usquedum massam fluentem praebeant et portiuncula exempta refrigerans vitri saturate rubri pellucidi instar rigescat. Tum massam super laminam aeneam antea calefactam effundas. In fusione bene cavendum, ne carbonum quid in crucibulum illabatur, ob timendam reductionem.

Fusio semper quam celerrime efficiatur. Si portiuncula exempta non satis rubra est, massae addatur paulum Stibii sulfurati nigri subtilissime pulverati, sin speciem Graphitae habet, paulum Cineris Antimonii addatur.

## Wakaka Indorum.

Rp. Sacchari albi *P.* 360
Massae Cacao *P.* 120
Vanillae *P.* 4
Cassiae cinnamom. *P.* 15.
M. Fiat pulvis subtilis.

## Xylinum salicylatum

Brunsii.

Vatta salicylata *Bruns. Bruns' Salicylwatte.*

I. Vatta quintata (5 %).

Rp. Xylini depurati (*Watte*) 1000,0.
Madefac liquore solvendo parato ex
Acidi salicylici 50,0
Olei Ricini
Colophonii āā 10,0
Spiritus Vini (95 %) 3270,0
vel q. s., ut litrae quatuor expleantur. Tum in vaporario Hageriano spiritum leniore calore destillando xylinum sicca. Calor 60° C. ne superet.

II. Vatta decumata (10 %).

Aequali modo paretur, nisi quod
Acidi salicylici 100,0
Olei Ricini
Colophonii āā 20,0
ad solutionem sumantur.

Aequali modo parentur:

**Gaza salicylata** (*Salicylgaze* Bruns'.)

**Cannabiuta salicylata** (*Salicyl-Jute, Salicyldschute* Bruns').

## Xylinum salicylicum.

Vatta salicylata Rennardi.
*Rennard's Salicylwatte.*

Rp. Acidi salicylici 200,0.
Solve in
Glycerinae 100,0
Spiritus Vini (80 %) 1500,0.
Tum adde
Aquae destillatae (calore 25—30° C.) 3000,0.
In hunc liquorem tepidum immerge
Vattae vel Lanae gossypinae depinguinatae 2000,0.
Dein vattam calore leniore sicca. Sit vatta decumata i. q. 10 %.

## Xylolum.

*Xylol. Dimethylbenzol.*

$C_8H_{10}$ s. $C_6H_4(CH_3)_2$ ~ $C^{16}H^{10} = 106$.

Rp. Olei Picis Lithanthracis q. v.
Destillationi refractae subjice et liquidum calore 130—150° C. transiens collige. Hoc liquidum denuo destillationi refractae subjice, liquidum ca-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0907-0 DFG